Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

~~XIV~~ f. 30 m/

KW 367
M 15

1–3

Titel en voorwerk no 3
gebonden in voorwerk no 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Libellus H. Bleula non frequenter
~~[illegible]~~ occurrit. — Aut.
† 1640. æt: 49.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

367 M 15

PRIMORDIORUM JURIS

IVSTINIANÆI DEMULTIA.

SIVE

Utiliorum & maxime neceſſariorum
Ex libris 4. Inſtitutionum juris,
curioſa ſelectio.

Nobiliſſimo Adoleſcenti

JOANNI ab ECHTEN
In dominatu Echtenſi Heredi-
tario dedicata.

AB AUTHORE
CORNELIO PYNACKER, JC.
& ejuſdem Facultatis in Friſiorum Academia
Profeſſore primario.

Koninklijke Bibliotheek Hage.

FRANEKERÆ,

Apud Uldericum Balck, Ord. Friſ.
eorundemque Acad. Typogr. 1640.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

AD

Nobiliſsimum & Eximiæ ſpei adoleſcentem

D. JOHANNEM ab ECHTEN

Hereditarium in Dominatu Echtenſi.

EX eo tempore, quo nobiliſſimus & Ampliſsimus vir Dominus Rodolphus ab Echten Dominus de Echten, Covardiæ & Provinciæ Drentiæ Droſſartus, & Juſtitiæ ibidem ſummus Præſes Laudatiſsimus, te meo convictui & curæ commiſſum voluit, & in hâc noſtrâ Academiâ perpoliendum & limandum commendavit, conſultum duxi non tibi diu vagandum per latos omnium

ſcientiarum & artium campos; ſed lineæ ſtatim inſiſtendum, animum applican-dum ad legalem veram & non ſimula-tam Philoſophiam, artem verè Regiam & omnium ſcientiarum Principem & Fotricem. Reliquæ quidem ſcientiæ illu-ſtres, & artes nobiliſsimæ mentes ad altiora & clariora præparant, ſed ali-quando dulcedine ſuâ, tanquam Syre-nes, ita occupant, ut in iis ſeneſcant multi, & ad ſcientias, quæ patriæ neceſ-ſariæ & commodæ, animum non inten-dant, & averſiores reddantur ab illâ ſcientia, quæ publica negotia agit, quæ do-cet cognoſcere, judicare, promere vel exer-cere juſtitiam, quam Euphrates apud Pli-nium Juniorem lib. I. epiſt. x. affirmabat partem eſſe pulcherrimam Philoſophiæ.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Ad quam non impetu uno, nec diplomate currendo pervenitur, ſed

Primò aucupanda ſemper eſt
ſcientia
Vitæ magiſtra Veritatis regula
Quæ fingit animos cultibus
Sapientiæ (reliquas.
Qui neſcit iſtam perperam ſcit

Ordine opus eſt, quo neglecto aut inverſo qui faſtigia petunt, oleum & operam perdunt, in mediis etiam conatibus ægri concidunt.

Eſt autem ordo præſcriptus à noſtro Imperatore, ut Tyro novus manducatur per captu facillima leviſsima ad latos juriſprudentiæ campos. Ego imitatus hoc conſilium & religioſè obſervans, ſelegi in tui hæc tantummodo

gratiam, quod ſi alii tyrones etiam hinc commodi aliquid ſint pecrepturi, hanc tibi gratiam debituri ſunt. Non modo leviſsima & facillima captu, ſed etiam utiliſsima ſelegi: ſobrie & non niſi neceſsitate coactus, antiquatis & obſoletis, contactis. Omnia enim antiqua & quaſi ænigmate plena, non debent in addiſcendo noſtro jure contemni & præteriri, cum ſint quamplurima ſine quibus ſcitu neceſſaria & in uſu ſummè utilia percipi & intelligi impoſsibile ſit. In quo ſanè negotio admodum curiosâ & judiciosâ opus fuit ſelectione. Etſi etenim laudanda & præferenda practica ſcientiæ noſtræ & eorum quæ in rerum argumentis & uſu cottidiano obtinent:

Atta-

Attamen ab initio & in ipſo veſtibulo juris ſcientiæ, faſtiditâ omni politiori & antiquitatis ſcientiâ, inhonorum eſt homini nobiliter nato, ad patriam regendam & ſubjectos gubernandos deſtinato, provolare: ſed iis tantummodo qui ex quiſquiliis & infimâ fece ad hanc noſtram ſacratiſſimam Legalem philoſophiam accedunt, non aliter atque ad officinam quæſtuariam unde victum modo & indutum panemve cotidianum ſibi parent, vulturii forenſes cum burſa ſuâ ſemper hydropica. Qui, ut ſcribit Marcellinus lib. 30. Quaſi cum Antæo vetere colluctati, perſeveranter flagitant pulveris periculoſi mercedem: quibus illud ſemper in ore, & in cantilenâ.

Epiſtola

Slendrius eſt pluris quàm tota
ſcientia juris,
Laborat in vanum, qui neſcit
Slenderianum.

Procul abſit iſta vilitas à nobili & generoſo pectore, quod ſe patriæ & reipub. natum credere debet & eò omnes ingenii nervos intendere ut civibus ſuis proſit, juſtitiam, concordiam, æquitatem, probitatem inter eos foveat.

Hæc primordia ubi perceperis, continuò te manuducā ad latifundia juris, & gradatim ad auguſtum juriſprudentiæ templum.

Et quid in ſingulis uſu tuæ patriæ & circumvicinarum provinciarum obtineat, indicaturus. Nolim enim te

eſse

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

eſſe ex iſtis νυκτικαταπλαγίοις *nocturno o-
livo exomnibus, qui potiorem ætatis
partem in jure addiſcendo impendunt,
hocque ſolum adlaborant, ut leges & ju-
ra civilia ſciant tantum, quo cum ad
rem ventum, & ad negocia magna &
prærupta, ſerò experiuntur ea in iis pa-
rum ponderis habere, ut meritò Quin-
tilianus ſcriptum reliquerit, Plus, ſi
ſepares, uſus ſine doctrinâ, quàm do-
ctrina ſine uſu valet: & noſter Boe-
rius Practicam ſive uſum ſine ſcien-
tiâ prodeſſe multùm, ſcientiam ſine
uſu parum. Exemplo eſt, quod tra-
dit Hieronymus Cardanus lib. 3. de
utilitate ex adverſitate capienda. Ma-
chiavellum, qui tot ac tanta de milita-
ri Romanorum diſciplina diſertiſſimè*

ſcripſerat, ne unam quidem cohortem, adhortante & imperante Principe Urbini, auſum fuiſſe inſtruere.

Intellexi ex meis collegis Magnum iſtum Hugonem Donellum cum profeſſione Lugudni Batavorum fungeretur, nunquam auſum fuiße apocham ſive quietantiam accepti trimeſtris ſalarii proprio marte conſcribere, ſed ſemper ad collegarum ſuorum opem confugiſſe, & cum dicerent eam poſſe ſua lingua Gallicâ, vel etiam Latinâ conſcribere, non tamen ſibi tantum ſumere audebat, metuens ſemper aliquam exerrationem. ô miſeratione & riſu dignam doctrinam, & ad pedantes relegandam, procul hæc à te abeße volo & gradibus te adductum ad ipſas res tractandas, quò totus collineo, tuam-

*neo, tuamque generoſam mentem infle-
ctere tento & feliciter ceſſurum ſpero:
Interea habe hoc qualecunque à tui a-
mantiſſimo*

C. PYNACKER.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

DEmades interrogatus quo præceptore in litium deciſionibus uſus fuiſſet, reſpondit Tribunali. A quo non abludit, quod de Eudemade refertur, quod nimirum audiens Philoſophum de qualitatibus Imperatoris exercitus diſſerentem, in verba hæc proruperit: Mirificus tuus eſt ſermo, at qui eum profert fide caret, ſiquidem eum nunquam circumſonuit tuba.

Cicero Officiorum. 3.

Veram juris, germanæque Juſtitiæ ſolidam & expreßam imaginem non tenemus, umbrâ & imaginibus tantùm utimur.

PRO-

PROOEMIVM,

Quo Inſtitutiones Juris confirmantur, & Ordo librorũ juris indicatur, Juventus ad ſtudium juris inſtigatur.

IMperatoriam Majeſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam: ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis, rectè poſſit gubernari, princ.

Armis adverſus Reipub. hoſtes, legibus contra malignantium iniquitates Imperator uti debet, ibidem.

Vtrumque præſtitit Iuſtinianus Imperator, nam bellicam ipſius peritiam oſtendunt Barbaricæ gentes imperio ſubjugatæ, Africa à Vandalis liberata, & innumeræ Provincię ab imperio ante avulſæ, iterum Rom. Imperio adjectæ, §. 1.

Iuris ſcientiam declaravit digerendo

in bonum ordinem jura immenſa & diſperſa, § 2.

Primò, Imperatorum retrò conſtitutiones in unum Codicem redigendo d. § 2.

Secundò, Pandectas ſive Digeſta ex omni jure antiquo, opus prioribus Impp: deſperatum, perficiendo. d. §. 2.

Tertiò, Inſtitutiones juris in gratiam tyronum componendo. §.4. & pleniſſimum robur Conſtitutionum Imperialium iis accommodando. § 6.

Quartò, Codicem ſupradictum repetendo, & deciſionibus novis ampliando.

Quintò, Conſtitutiones 168. toto ſui Imperii tempore, quas Novellas vocamus, promulgando.

Sexto, XIII. edicta Imperatoria addendo.

Ex quibus libris ſtudioſi juris abſolutè docti, ad Rempub. gubernandam, honores gerendos, juſtitiam adminiſtrandam dignè adhiberi poterunt §. fin.

LIB.

LIBER I.

TIT. I.

De Juſtitia & Jure.

IVſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi, princ.

Iurisprudentia, eſt rerum divinarum atque humanarum notitia, juſti atque injuſti ſcientia, §. 1.

Hæc commodiore ratione non poteſt addiſci, quã ſi novus Tyro primũ levi & ſimplici via per has juris inſtitutiones, deinde ad latiores Digeſtorum, Codicis, & Novellarum campos manducatur. §. 2.

Tota autem jurisprudentia continetur his tribus ſummis & univerſalibus præceptis.

1. Honeſtè vivere.
2. Alterum non ledere.
3. Suum cuique tribuere.

Et dividitur in. Publicam & Privaram.

Publica eſt quæ tractat ſtatum reipub. utpote jura Magiſtratuum, Militaria, Sacra, Sacerdotia, Scholas, Crimina. § fin.

Privata tractat ſingulorum res & negocia. Atque hæc eſt collecta ex præceptis Naturæ, Gentium, Civitatis Romanæ, d. § fin.

TIT. II.

De Iure Naturali, Gentium & Civili.

IVs naturale eſt illud jus, quod Natura omnia animalia docuit; hinc orta eſt maris & feminæ conjunctio, ſui defenſio, violentiæ illatæ propulſatio, liberorum educatio, pr. Hoc eſt immutabile, quia perpetuò juſtum, §. 11.

Ius gentium quod naturali ratione introductum, omnibus hominibus cōpetens, non brutis; hínc amor erga parentes & patriam, Religio, Bella, captivitates. Dominia, Contractus ferè omnes, §. 1. & 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Ius civile quod civitas ſibi proprium conſtituit, non communicabile eum peregrinis, id eſt, qui cives non ſunt; hinc Patria poteſtas, Adoptio, Emancipatio, Nuptiæ, Donatio nuptialis, Tutela, Teſtamenta, Succeſſio heredum, d. §. 2.

Hoc mutatur facillime; ſive tacitè, ſive expreſſe. Tacite, deſuetudine populi; Expreſſè aliâ lege à populo lata, d. §. 11. unde & poſitivum jus vocatur.

Totum jus ex triplici iſto fonte collectum, & quo Romani utuntur, dividitur in ſcriptum, & non Scriptum, §. 3

Scriptum jus, de cujus ſubſtantiâ eſt ſcriptura, habet ſpecies ſex.

1. Lex eſt jus quod populus R. Senatorio magiſtratu (veluti conſule interrogante) conſtituebat. §. 4.

2. Plebiſcitum quod Plebs Plebeio magiſtratui (utpote Tribuno plebis) ſciſcebat. d. §. 4.

3. Senatusconſultum, quod Senatus jubet atque conſtituit, §. 3.

4. Conſtitutio principis, quod ipſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

unde & placitum in praxi & ordinatio vocatur, eſt generalis: & perſonalis, hęc quæ perſonam non egreditur, & Privilegium dicitur, §.6.

5. Prætorum, & Ædilium Curulium edicta, §. 7.

6. Reſponſa prudentum, ſunt opiniones ſive ſententię eorum, quibus conceſſum erat à Cæſare de jure reſpondere. §.8.

Ius non ſcriptum, quod diuturnus uſus populi approbavit, & dicitur Conſuetudo. §. 9.

Iuriſprudentiæ ſunt tria objecta: Perſonæ, Res, Actiones, §. fin.

TIT. III.

De Iure Perſonarum.

PErſona ſive homo, digniſſimum & primum juriſprudentiæ objectum, cujus doctrina explicatur triplici diſtinctione, quarũ prima & omniũ latiſſima dividit homines in liberos & in ſervos pr.

Liberi ſunt qui libertate fruuntur, ex qua etiam vocantur, §. 1.

Libertas eſt naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut jure prohibetur, § 1.

Servus eſt, qui alieno dominio contra naturam, id eſt, contra primam & innatam originem, ſubjectus eſt §. 2.

Servi ſive ex ancillis nati, ſive captivitate, vel ſententiâ facti, omnes ſunt æque ſervi; liberorum alii minus ſunt liberi, alii magis: minus liberi ſunt libertini, magis liberi, ingenui, §. fin,

TIT. IV.

De Ingenuis.

INgenuus eſt qui ſtatim ut natus eſt, liber eſt, nec unquam fuit in ſervitute juſtâ, prin. Ingenuitati non obſtat in ſervitute injuſta fuiſſe, §. fin.

TIT. V.

De Libertinis.

LIbertinus eſt, qui ex juſtâ ſervitute manumiſſus eſt, prin, & ideo qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

ſervus fuit minus liber reputatur.

Manumiſſio eſt datio libertatis, quaſi miſſio è manu, id eſt, è poteſtate.

Primus & antiqiſſimus modus manu mittendi fuit per vindictam apud Prætorem, poſteà ſucceſſerunt alii modi, hodie cum ſervitute nobis incogniti.

Tit. VI.

Qui & ex quibus cauſis manumittere non poſſunt.

DOminus manumittens ſervos ſuos in fraudem ſuorum creditorum. nõ facit eos libertinos, ſed manent ſervi. princ.

Fraudem facit dominus creditoribus ſi manumiſſione ejus bona ita minuuntur, ut non ſit ſolvendo, §. 3.

Minor 20. annis non aliter rectè manumittebat, niſi apud conſilium juſtâ cauſâ aliqua manumiſſionis probatâ, §. 4. 5. Quod Imp. retraxit ad annum ætatis 17. cum dimidio, §. fin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Tit. VII.

De lege Fuſiæ Caninia tollenda.

LEx hæc ex numero ſervorum certos tantum manumittere permittebar, quod ſublatum & nobis totum incognitum.

Tit. VIII.

De His qui ſui vel alieni juris ſunt.

SEcunda diviſione omnes homines diſtinguuntur, quod ſint ſui, vel alieni juris, pr.

Ius hic eſt poteſtas hominis in hominem, eſtque Dominica, vel Patria.

Dominica eſt dominorum in ſuos ſervos, olim vitæ & necis §. 1. hodie nobis ignota.

Patria eſt parentum maſculorum in ſuos liberos, pr. & propria Romanorum §. 2. tit. ſeq.

Tit. IX.

De patria poteſtate.

In patria poteſtate ſunt liberi.

1. Ex juſtis nuptiis procreati, pr.

2. Legittimati, cum antea eſſent injuſti. §. fin. tit. ſeq

3. Adoptati, infra tit. XI.

Sunt autem juſtæ nuptiæ, viri & mulieris conjunctio, individuam vitę conſuetudinem continens, §. 1.

TIT. X.

De Nuptiis.

IVſtæ non ſunt nuptiæ niſi ſecundum præcepta legum contrahantur, quæ hîc quinque.

1. Vt ipſi contrahentes conſentiant in nuptias liberè & non coactè, pr.

2. Vt ſint cives Romani inter ſe, dict. princ.

3. Vt juſtam & legitimam habeant ætatem, mares 14. feminę 12. ad minimum annos, d. pr.

4. Vt juſſu præcedente parentum, in quorum ſunt poteſtate, contrahant, d. princ.

5. Ne perſonæ contrahãt intra gradus propinquitatis prohibitos, §. 1.

Propinquitas eſt ex conſanguinitate, vel ex affinitate.

Ex conſanguinitate prohibentur nuptiæ tantummodô in tribus caſibus.

1. Inter parentes & liberos, ſive inter aſcendentes & deſcendentes, in infinitum, §. 1.

2. Inter eos qui ſibi ſunt, quaſi parẽtes & quaſi liberi: ut, fratris vel ſororis filiam, neptem, proneptem, & deſcendentes in infinitum non poſſum ducere, §. 3. item nec amitam, amitam magnam, materteram, materteram magnam, ſunt enim parentum loco, § 5.

3. Inter fratres & ſorores, ſive naturales & legitimos, ſive natnrales tantum, id eſt ex injuſtis nuptiis: ſine legitimos, tantum, id eſt ex adoptione, §. 2.

Fratrum autem & Sororum liberi nõ prohibentur inter ſe nuptiis jungi, quia ſunt gradu quarto, §. 4.

Propinquitas ex affinitate impedit nuptias.

nuptias, quando affines inter ſe ſunt parentum & liberorum loco, id eſt, quaſi parentes & quaſi liberi: ideò non poſſum nuptias juſtas contrahere cum meâ privigna, mortua ejus matre. §. 6. nec cum meâ nuru, dict §. nec cum meâ Socru. nec cum meâ noverca, §. 7.

Injuſtæ & inutiles vocantur nuptiæ quæ contra unum ex quatuor ſupra nominatis præceptis ſunt contractæ: at ſi contra qnintum præceptum ſunt initæ, ſpecialiter & propriè dicuntur, inceſtæ, ſive nefariæ. §. 12.

Quarum ſunt variæ pœnæ hæ.

1. Nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur d. §. 12.

2. Liberi prognati ex tali coitu nõ ſunt in patris poteſtate, ſed ſunt ſpurii, ibidem.

3. Diſſolutâ tali conjunctione non competit actio ad dotem repetendam. ibidem.

Legitimati liberi, qui ſuſcepti ex cõ-

cubinâ,

cubinâ, vel libera femina, quę conceptionis tempore uxor eſſe poterat,&patrię poteſtati ſubjectus fit his quatuor modis.

1. Per ſubſequens matrimonium cum matre filii naturalis initum, §. 13.

2. Per oblationem filii naturalis curiæ factam. ibid. nobis eſt incognitus hic modus.

3. Reſcripto principis ad petitionẽ patris ſupplicantis ex Novella, 89 cap. 9. nobis modus hic frequentiſſimus.

4. Si pater filium naturalem in ſuo teſtamento ſimpliciter filium nominet, non addito, naturalem, d. No. 89. c. 20. & Nov. 117. cap. 2. nobis uſitatus modus.

TIT. XI.

De Adoptionibus.

ADoptivi liberi ſunt, qui nõ ex nobis, ſed ex aliis nati, optione celebratâ in liberos noſtros eliguntur, pr.

Adoptio-

Adoptionis nomen generale eſt, & dividitur in Adoptionem ſpecialem, & in Arrogationem.

Adoptantur illi qui parentes adhuc habent in quorum ſunt poteſtate: & fit magiſtratus imperio §. 1.

Arrogantur qui ſui ſunt juris, & fit reſcripto principis, §. 1.

Filiuſfam. ab extraneo adoptatus non ſolvitur patriâ poteſtate, nec adoptans poteſtatẽ acquirit: jus tamen ſucceſſionis in ejus bona recipit adoptatus: at ſi ab avo aut pro avo naturali adoptetur trãſit in ejus familiam & poteſtatẽ, §. 2.

Impubes nõ poteſt arrogari, niſi cauſâ cognita, & præſtita tabellioni ab arrogatore ſatisdatione de bonis per arrogationem quæſitis reſtituendis legitimis heredibus arrogati, ſi is in ætate pupullari decedat, §. 3.

Adoptaror ſive arrogator plenâ pubertate, id eſt, annis 18. debet pręcedere ipſum adoptatum ſive arrogatum, § 4.

Spadones poſſunt adoptare, non veroca-

o caſtrati §. 9. nec feminæ, quia liberos naturales in poteſtate non habent. §. 10. niſi gratiâ principis in amiſſorum liberorum ſolatium, ibidem.

TIT. XII.

Quibus modis patria poteſtas ſolvitur.

PAtria poteſtas ritè conſtituta ſolvitur potiſſimum tribus modis uſitatis.

1. Morte naturali parentis maſculi n cujus poteſtare erant liberi. pr.

2. Morte civili parentis maſculi vel ilii; ut pote deportatione §. 1. vel captiitate hoſtili § 5. utraque noſtris moribus incognita.

3. Emancipatione celebratâ, quę ex ege XII. tabularum per multas ambages procedebat, & dicta eſt Legittima. â antiquatâ ſucceſſit Imperatoria, primum Anaſtaſiana, quæ per Imperiale eſcriptum fiebat. Deinde Iuſtiniana

hodie

niana hodie tantum uſitata, quâ parens apud magiſtratum competentem declarat ſe filium ſuum emancipare, id eſt, ſui juris facere, & petit in acta referri, §. 6.

Tit. XIII.
De Tutelis.

Tertia hominum diviſio diſtinguit homines ſui juris exiſtentes, quod ſint in tutela, vel in cura, pr.

Tutela eſt vis ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum qui per ætatem ſe ipſe defendere nequit, jure civili data, ac permiſſa, §. 1.

Tutores ſunt qui eam vim ac poteſtatem habent, dicti quaſi tuitores. i. defenſores. §. 2.

Pupilli ſunt qui à tutoribus defendũtur. l. 239. de V. S.

Tutores ſunt trium generum, aut Teſtamentarij, aut Legittimi, aut Dativi.

Teſta-

Teſtamentarius tutor eſt quem parens maſculus impuberibus, quos in poteſtate habet, in alterius poteſtatem non recaſuris, jam natis vel naſcituris, teſtamento dat. §. 3. 4.

At ſi emancipato filio pater det tutorem teſtamento, datio ipſo jure non conſiſtit, ſed à magiſtratu ſine inquiſitione confirmatur, quia idoneus præſumitur quem pater pupilli elegit, §. fin.

Tit. XIV.

Qui teſtamento tutores dari poßunt.

DAri poteſt teſtamento tutor ille, qui eſt paterfam. id eſt, ſui juris, princ.

Filiusfam. olim; non noſtris moribus hodie dari poteſt.

Furioſus & minor datus, tunc erit cum compos mentis, vel minor 25. annorum factus fuerit §. 2.

Turoris datio in teſtamento valet ad certum tempus, vel ex certo tempore, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

ante heredis inſtitutionem, § 3.

Certæ autem rei vel cauſæ dari non poteſt, quia tutela perſonæ datur. §. 4.

Tit. XV.

De Legittima agnatorum tutela.

Legittimi tutores vocantur qui per legem ſunt tutores, & tum demum locum habent, cum nulli teſtamento tutores dati ſunt. princ.

Tutela legittima eſt quadruplex, Agnatorum, Patronorum, Parentum, Fratrum

Agnatorum tutela (quæ hodie eſt etiam cognatorum ex Novella 118. cap 4) eorum eſt eo ordine quo ad ſucceſſionem vocantur, ſi modo ſint perfectę ætatis maſculi (nam feminæ repelluntur exceptis matre & avia ſecundis nuptiis & SC. Vellejan. renunciantibus Nov. 118. ſeq. 5) Et non admittuntur agnati capite deminuti, §. fin.

Tit.

TIT. XVI.

De Capitis deminutione.

CApitis deminutio eſt prioris ſtatus mutatio, princ.

Status eſt condicio hominis qua ſtat in familia, in civitate, vel in libertate.

Eſtq; Triplex ideo deminutro. Minima, Media, Maxima.

1. Minima, quæ familiam tantum mutat, fitque illi qui ſe dat arrogandum, vel qui emancipatur, §. 3.

2. Media, quâ civitas amittitur, & cõſequẽter familia, ut fit deportatis §.2.

3. Maxima, quæ contingit libertate alicui ablata. §. 1. cui conſecutive civitas etiam & familia aufertur, nobis omnis capitis deminutio hęc ignota.

TIT. XVII.

De Legittima patronorum tutela.

SEcunda tutela legittima erat olim patronorũ in libertos quos impuberes

manumiſerant, quia ipſis ſuccedebant morientibus. hic. nobis eſt penitus incognita

Tit. XVIII.

De Legittima parentum tutela.

Tertia legittima tutela eſt parentum in liberos ſuos quos impuberes emanciparunt hic, nobis incognita.

Tit. XIX.

De Fiduciaria tutela.

Qvarta legittima tutela erat mortuo parente fratrum in fratres ſuos à parente impuberes emancipatos. olim erat fiduciaria à fide fraternâ, at hodie, quia talibus emancipatis fratres etiam ſuccedunt: legittimi ſunt tutores C. de legitt. tut. leg. 4.

Tit. XX.

De Attilano tutore & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur.

Dativi tutores vocantur qui à magiſtratibus dantur, quod primum in-

troduxit Attilius conſul, pr.

Ceſſante teſtamentariâ & legittimâ tutelâ, locus eſt Dativis, § 4. & 5.

Dari autem poſſunt omnes qui ſunt idonei, & territorio dantis ſubjecti, §. 4.

TIT. XXI.

De auctoritate Tutorum.

AUctoritas tutoris eſt approbatio ipſius negocii quod à pupillo geritur, à præſente tutore interpoſita; nam poſt tempus adhibita, fruſtra eſt. §. 2.

Deficiente tutoris auctoritate totum negocium pupilli eſt invalidum, niſi condicionem ſuam meliorem faciat, unde contrahendo ſibi obligat alterum, licet ipſe non obligetur, pr.

Melior non intelligitur condicio pupilli fieri ſi hereditatem, etſi lucroſam, adeat: Nam damnum poteſt pati propter obligationes hereditarias quibus tenetur creditoribus hereditariis

§. 2. junge l. 149. §. 1. de Reg. Iur.

Tit. XXII.

Quibus modis tutela finitur.

TVtela regulariter finitur modis ſex.

1. Pubertate pupilli, & viripotentià pupillæ, princ.

2. Servitute pupilli, utpote ſi ab hoſtibus capiatur, §. 1.

3. Eveniente die ad quem tutor teſtamento datus erat, §. 2.

4. Morte pupilli, vel tutoris §. 3.

5. Remotione tutoris ob crimen ſuſpecti, §. fin.

6. Excuſatione tutoris ob juſtam aliquam cauſam ſupervenientem, veluti ob morbum ſonticum qui in perpetuum excuſat, d. §, fin.

Tit. XXIII.

De Curatoribus.

CVratores ſunt qui bona adultorum uſque ad viceſſimum quintum annum

num adminiſtrant, princ. vel etiam majorenniũ, ſi ſint furioſi, mẽte capti prodigi, ſontici, §. 4. vel etiam aliquando pupillorum, ſi tutor inidoneus ſit factus ſine fraude commiſſâ, aut tutore ad tẽpus excuſato, §. 5.

Dantur ab iiſdem magiſtratibus à quibus & tutores: ſed teſtamento non dantur: dati tamen confirmantur decreto magiſtratus, §. 1.

Tutor autem impeditus adverſâ valetudine non poteſt pupillo curatorem dare, ſed ſi pupillus vel abſit, vel infans ſit, actorum tutoris periculo judex conſtituet, §. fin.

Tit. XXIV.

De Satisdatione Tutorum & Curatorum.

Satisdatio eſt cautio apud judicem præſtitâ datis fidejuſſoribus, quâ Tutores & Curatores cavent rem pupilli, vel adulti, vel majorennium qui ſunt ſub curâ, ſalvam fore, prin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Tutores vel curatores teſtamentarii, item ex inquiſitione dati, quia idonei electi ſunt, non ſatisdant. ibid.

Magiſtratus, qui negligunt à Tutorib. vel curatoribus ſatiſdationom accipere, vel ſi non idoneam accipiant, tenentur pupillis & adultis actione ſubſidiaria, quæ etiam adverſus heredes magiſtratuum competit, §. 2.

Hodie omnes tutores ſaltim juratione coguntur ſatiſdare. Nov. 72. cap. ult.

Tit. XXV.

De excuſationibus tutorum & curatorũ.

CVm tutela & cura ſint munera publica, unuſquiſque civis jure compelli poteſt eã ſuſcipere, niſi execuſationis juſtæ cauſam alleget; quæ multæ & variæ ſunt, ſed redigi poſſunt ad duas claſſes, utpote, quod juſta ſit excuſatio ob munera publica, vel ob impedimenta privata.

Excuſa-

Execuſationes juſtæ ob munera publica ſunt ſex.

1. Si quis fiſcum Principis adminiſtret, §. 1,

2. Si reipub. cauſa abſens ſit, utpote in legatione quãdiu abeſt, eſt excuſatus & interea loco ejus datur Curator, §. 2.

3. Qui magnum magiſtratum gerit veluti conſulatum, dictaturam vel præturam, non poteſt compelli ad ſuſcipiẽdam tutelam: ſed ſuſceptam ante poteſtatem acceptam, debet gerere, §. 3.

4. Qui tres tutelas, non affectatas gerit, à quartâ ſuſcipienda poteſt excuſari, §. 4.

5. Qui armatam militiam ſequitur excuſationem habet, §. 14.

6. Qui profeſſione publicâ fungitur in Academiâ privilegiata, excuſatur, §. 15.

Privata impedimenta tribuentia legittimam excuſationem ſunt quinque.

1. Multitudo legittimorum libero-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

rum, utpote Romę trium, in taliâ quatuor, in Provinciis quinque. pr.

2. Lis ſive proceſſus tutoris cum pupillo de omnibus bonis, vel de hereditate, vel de maxima parte bonorum, §.4.

3. Paupertas tutoris tanta, ut ipſe debeat victum & indutum labore ſibi quęrere, §.6.

4. Morbus tutoris ſonticus, §.7.

5. Ætas minor 25. annis non admittitur, ſuperans ſeptuageſimum, excuſatur §.13.

Plures excuſationes habens, ſi quaſdam non probaverit, aliis intra tempora ſtatuta uti non prohibetur. §.16.

Tempus conſtitutum regulariter eſt 50 dierum, & currere incipit cum quis novit ſe tutorem vel curatorem datum eſſe, d.§ 16.

Falſis allegationibus excuſationẽ impetrans, non liberatur onere tutelæ, §.fin.

TIT.

Tit. XXVI.

De Suſpectis Tutoribus.

TVtor ſuſpectus dicitur, ille qui non ex fide tutelam gerit, ſed qui fraudulenter, & malitioſè in eâ verſatur, §. 5. Ita etiam dicitur ex moribus non habità facultatum vel inopię ratione; proinde nec oblatio ſatiſdationis ſuſpicionẽ tollit, §. fin.

Crimen ſuſpecti ex lege, XII. tab. deſcendit, pr.

Et apud eoſdem magiſtratus, qui tutores dant, intentari poteſt, §. 1.

Suſpecti fieri poſſunt omnium generum tutores, ſive legittimi, ſive teſtamentarii, ſive dativi ſint §. .

Ad accuſandum de ſuſpecto omnes, etiam mulieres, modò ſexus verecundiam non egrediantur, admittuntur, §. 3.

Accuſatus ſuſpecti crimine, ſtatim pendente judicio ab omni adminiſtratione removetur, §. 7. at ſi interim moriatur,

riatur, extinguitur ſuſpecti cognitio, §. 8.

Convictus de dolo notatur etiam infamiâ, §. 6. Et aliquando pro delicti qualitate afficitur poenâ corporali. §. 10.

LIBER II.

TIT. I.

De Rerum diviſione & acquirendo earum dominio.

SEcundum juris objectum eſt Res.

In rebus conſideratur primò earum diviſio, deinde acquiſitio.

Primò, res omnes ſunt acquiſibiles, vel non acquiſibiles.

Acquiſibiles ſunt quę in dominio habentur, vel haberi poſſunt.

Dominium eſt jus de re noſtrâ diſponendi. Eſtque privatum vel publicum.

Priva-

Privatum eſt earum rerum quæ ſunt in noſtro privatorum patrimonio, quales ſunt res ſingulorum, §. 11.

Quę extra privatorum patrimonium ſunt, diſtingnuntur in Communes, Publicas, Vniverſitatis, Nullius. pr.

Communes res ſunt, quæ omnium hominum uſibus patent, dominum non habent, & ideò occupantis fiunt, tales ſunt, aër, aqua profluens, mare, littora maris, §. 1. 2. 3. 5. lapilli gemmæ in littore maris §. 18. theſauri, §. 39. feræ beſtiæ §. 12.

Publicæ ſunt in Dominio, ſive proprietate Principis, aut populi: uſu non differunt à communibus, tales ſunt flumina, portus, plateæ, fora, §. 2.

Vniverſitatis res, quę ſunt in dominio alicujus partis de populo, utpote Cętus, collegii, civitatis, communitatis, tales ſunt ſtadia, theatra, paſcua communitatis, §. 6.

Nullius. i. hominis, nulli enim ſunt in dominio nec facilè eſſe poſſunt, ideoq; dicun-

dicuntur juris Divini, ſolo uſu ordinato ſunt hominibus inſervientes; tales ſunt Sacræ, Religioſæ, Sanctæ, §.7.

Sacræ res ſunt quæ Deo ritè ſunt conſecratæ, id eſt, exemptę omni commercio humano, ut templa, ædiculæ, altaria, donaria ad cultum divinum deſtinata. § 8.

Religioſæ, quæ relinqui debent ad uſum ſepulcralem, nec ad alios uſus debent converti, ut ſunt cœmiteria, ſepulchra, & iis appendentia, ut lapides ſepulcrales, § 9.

Sanctæ res, quæ extra commune commercium, ſunt tamen in dominio publico, & ipſarum violatio ſanguine expiatur, ideòque dicuntur quaſi juris divini, tales ſunt portæ, muri civitatum. §. 10.

Acquiſibiles res ſubjiciuntur noſtro dominio per cauſas quaſdam inſtrumentales, quas jureconſulti vocant Modos.

Modi omnes ſunt à ratione naturali,

& ideò

& ideò omnibus paſſim hominibus & gentibus permiſſi & communicabiles, dicunturque Naturales.

Vel ſunt à ratione civili, ſive inventione civitatis, ſolis civibus Romanis proprii, & gentibus non communicabiles.

Naturales modi acquiſitionis ſunt. 4. Occupatio, Acceſſio, Specificatio, Traditio.

Occupatio eſt apprehenſio animo habendi in dominio, earum rerum quæ ſunt communes, ut feræ, aqua profluens, §. 12.

Gemmæ, Lapides precioſi in littore inventi & apprehenſi, §. 18.

Res hoſticæ mobiles privatorũ, immobiles Principis fiunt occupando, §. 17.

Inſula in mari enata & inventa, §. 22.

Theſauri reperti, §. 39.

Miſſilia, quæ Principes vel magiſtratus in populum ſpargunt liberalitate. §. 46.

Res pro derelicto ab aliquo habitæ

ſivè

ſive projectæ, § 47.

Acceſſio eſt modus acquiſitionis quo res non mea, mihi acquiritur quia rei meæ accedit, idque vel naturaliter, vel induſtrialiter.

Naturaliter, cum motu naturali non adhibito hominis artificio aliquid quod noſtrum non eſt, rebus noſtris accedit ſive unitur, hoc modo acquiruntur.

1. Fetus ex alterius animali in meo animali conceptus & inde natus, §. 19.

2. Incrementum fluminis quod latenter meo agro vi fluminis adjicitur, & dicitur Alluvio. §. 20. At ſi evidens pars alterius agro auferatur, & mihi adjiciatur, dicitur Appulſio, & non acquiritur, niſi dominus negligat repetere. §. 21.

3. Inſula fluviatilis juxta noſtrum prædium, quo flumen ſpectat, enata pro frontis latitudine uſque ad fluvii medietatem fit noſtra. §. 22.

4. Alveus publici fluminis juxta argrum meum aquis nudatus, vel penitus reli-

relictus pro ratione & latitudine frontis agri, fit meus, §. 23.

Induſtrialiter noſtris rebus aliquid accedit cum humana induſtria ſive opera aliqua adhibetur, ſine quâ aliàs non procedit. Quod fit,

1. In ſuffultura, cum aliena fila ſubtemini meo bonâ fide inſulcio, . 26.

2. In ædificio quod ex aliena materia noſtræ areæ inædificatur, §. 29. & 30.

3. In plantâ alienâ noſtræ terræ implantatâ, §. 31.

4. In fructibus ex alterius ſemine in noſtro agro ſeminato, natis. §. 32.

5. In Scripturâ, quæ ab alio noſtræ cartę inſcripta eſt. §. 33.

6. At tabula quam alius, cum noſtra eſſet, picturâ ornavit, cedit picturæ propter prævalentiam, §. 34.

3. Specificatio eſt modus acquiſitionis. Quo res alterius mihi acquiritur ideò quod nova forma ſive ſpecies à me bonâ fide ex eà facta eſt, utpote ex alterius ligno feci ſcamnum, ſedile, navem, armarium, §. 27, vel ex meo vino & tuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

melle, mulſum ſit factum §. 27. Commixtio, quæ aridorum eſt, non facit ſpecificationem, ſed dominorum ſingulorum permanent commixta, §. 28.

4 Traditio, modus acquirendi omnium uſitatiſſimus & in ſocietate humana frequentiſſimus eſt, quo res alterius mea fit, quia dominus rei, vel ejus procurator titulo habili præcedente, eam in me transfert. §. 40.

Eaque eſt propria, vel impropria.

Propria & vera eſt rerum corporalium quæ tangi poſſunt, & manu in manum trausferuntur.

Impropria, quę per ſymbolum, vel per patientiam procedit.

Per ſymbolum, quæ ſymbolica dicitur, cum non ipſa res, ſed ſignũ aliquod traditur, ut in fundo ſi gleba, ſi inſtrumentum proprietatis tradatur, ſi claves horrei apud horreum tradantur, omnes merces cenſentur traditæ, §. 44.

Per patientiam, quaſi dicuntur tradi res quę ſunt incorporales & tangi non

poſſunt

poſſunt; ita ſervitutes tradi cenſentur, l. ult. ff. de ſervitutibus. quæ res etiam hodie ſymbolice, id eſt, inſtrumento translationis conceſſo, transferuntur.

TIT. II.

De rebus corporalibus vel incorporalibus.

OCcaſione rerum incorporalium hîc explicatur alia rerum diviſio, quâ diſtinguuntur in corporales & in incorporales. pr.

Corporales quæ corpore conſtant, & ideo ſui natura tangi poſſunt, ut fundus, domus, homo, ſupellex, princ. tam mobiles quam immobiles.

Incorporales quæ tangi non poſſunt, ſine corpore conſiderantur, & magis intellectu; tales ſunt triplices conſtant enim in

1. Facto, ut poſſeſſio.

2. Quantitate, ut pecunia, peculium.

3. Iure, ut Dos, hereditas, uſus, uſusfru-

ctus, ſervitutes,& omnes obligationes princ.

Tit. III.

De Servitutibus prædiorum Ruſticorum & Vrbanorum.

SErvitutes ſunt qualitates ſive jura rerum,vel perſonarum.

Vnde ſunt Reales, vel Perſonales.

Reales, quæ ſine rebus non poſſunt conſiſtere, & neceſſariô deſiderant duo prædia viciña, unum dominans, alterum ſerviens.

Dominans prædium uti debet ſervitute, ſerviens quod debet.

Dicuntur etiam prædiales, & ſunt Ruſticę, vel Vrbanæ.

Ruſticæ,quæ ruri ſunt & ruris cauſâ.

Suntque penè innumerabiles, at potiſſimę & maximè uſitatę enumerantur hîc 4.

1. Iter eſt jus eundi p dibus, vel equo per fundum alterius, & etiam ambulandi, princ.

2. Actus jus agendi jumentum, vel vehiculum per alterius agrum, & qui actum habet etiam iter habet, d. princ.

3. Via quaſi veha, eſt jus vehendi & trahendi gravia onera per fundum alterius princ.

4. Aquęductus jus aquæ ducendæ ex alieno, vel per alenum, princ.

Vrbanæ ſunt quę ædificiis habitationis inherent ſive ruri ſint, ſive in urbe, ut vicinus onera vicini ſuſtineat, ut in parietem tignum immittere poſſit, ut in aream vicini proſpicere, ſtillicidium, cloacam, flumen, ſuggrundas adverſus vicinum habere liceat, ne altius tollat ædes, ne luminibus officiat, § 1.

Servitutes conſtituuntur vel inter vivos, vel in ultimâ voluntate, §. 1.

Inter vivos conventione partium, ut emptione, donatione, permutatione, in ſolutum datione, §. fin.

Teſtamento, cum à Teſtatore heres damnatur ut patiatur vicinum ire, agere per heredis fundum, vel tignum im-

mittere in heredis parietem, d. §. fin.

Tit. IV.
De uſufructu.

PErſonales ſervitutes ſunt, cum alte prius res alteri perſonæ ad aliquo commodum ſerviunt. Dd. vocant Mi xtas.

Conſtituuntur vel in ultimâ volunta te, vel inter vivos, utpote conventione vel teſtamento §. 1.

Suntque innumeræ, at maxime fre quentes & uſu cottidianæ ſunt hæ tres uſusfructus, uſus, habitatio.

Vſusfructus eſt ſervitus quâ quis alie nis rebus utitur fruitur ſalvâ rerum ſub- ſtantia, princ.

Eſtque duplex, verus ſive proprius & quaſi ſive improprius.

Verus eſt in rebus quæ uſu non con- ſumuntur, ut ſunt ædes, ſervi, fundus, ſupellex, jumenta, §. 2.

Improprius eſt rerum conſumptibi- lium,

lium, quæ uſu abſumuntur, ut frumentum, oleum, vinum, pecunia numerata, veſtimenta: quæ res non ipſæ finito uſufructu reſtituuntur, ſed ipſarum æſtimatio, pro quâ domino proprietatis cautio neceſſariò eſt præſtanda, §. 2.

Vſusfructus finitur modis 5.

1. Morte fructuarii, non tantum naturali, ſed etiam civili, utpote capitis deminutione Mediâ, vel Maximâ, §. 3.

2. Abuſu, ſi fructuarius planè ad alium uſum, quam ad quem res eſt conceſſa, utatur l. 14. ff. Quemadmodum ſervitutes amittuntur. vel ſi non conſtituto tempore utatur, l. 10. dict. tit. §. 1.

3. Non uſu, ſi fructuarius præſens decem, abſens 20. annis re non utatur, §. 3.

4. Conſolidatione, cum proprietas uſufructuario acquiritur, vel cum uſusfructus proprietario ceditur, §. 3.

5. Interitu rei uſufructuariæ, §. 3. fin.

Extincto uſufructu tunc res uſufru-ctuaria pleni dominii fit proprietarii, §. fin.

TIT. V.

De Uſu & Habitatione.

VSus eſt ſervitus quâ quis alterius re tantùm utitur.

Iiſdem modis, quibus uſusfructus conſtituitur, & iiſdem modis finitur, princ.

Minus juris eſt in uſu quàm in uſu-fructu, eſt enim tantùm ad victum & indutum neceſſarium, nihil fructus habet uſuarius, unde non poteſt rem uſuariam locare, nec jus ſuum vendere, quod poteſt uſufructuarius, §. 1.

Qui ædium uſum habet, locare non poteſt, ſed tantummodo cum ſuâ familiâ inhabitare, §. 2.

Habitatio eſt jus habitandi in domo aliena, & nullũ ſumptum debet facere in domo ſartâ tecta ſervanda, poteſt-

que eam aliiis locare habitator, §. 5.

Tit. VI.

De uſucap. & longi temporis præſcript.

MOdi civiles acquirendi dominii olim erant varii, quorum quidam Iuſtiniano abrogati, quidam uſu exoleti. uſitati ſunt tantùm quinque.

Vſucapio, Donatio, Succeſſio, Arrobatio, Adjudicatio.

Vſucapio eſt alterius rei capio, id eſt, acquiſitio per uſum, id eſt, per poſſeſſionem continuatam per tempus lege definitum: utpote rei mobilis triennii, immobilis decennii inter præſentes, vicennii inter abſentes princ.

Omnes res ſunt non uſucapibiles vel uſucapibiles.

Non uſucapibiles quæ ſunt extra cõmercium, quæ ideò etiam vitioſæ vocantur in hoc ſubjecto, tales ſunt liber homo, res ſacra, religioſa, ſancta, ſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

vus fugitivus, §. 1. res furtiva, res invaſa ſive vi poſeſſa §. 2. 5. Res fiſcalis. §. 4.

Vſucapibiles res ſunt quæ in commercio, & in dominio ſive patrimonio noſtro eſſe poſſunt; & iſtę non aliter admittunt uſucapionem, quam ſi adſint hæc tria ſubſtantialia requiſita.

Iuſta fides, Titulus, Poſſeſſio continuata.

1. Vt uſucapiens accipiat rem bonâ fide, id eſt, credat ſe à vero domino accipere.

2. Vt accipiat cum titulo, id eſt, juſta cauſa ad transferendum dominium habili ſive idonea, veluti ex emptione, donatione, legato, (error enim falſæ cauſæ regulariter non parit uſucapionem, §. 6.)

3. Poſſeſſio continuata per tempus lege definitum, non interrupta.

Non interrumpitur autem eo quod res ad univerſalem, vel particularem ſucceſſorem tranſeat, quia poſſeſſio defun-

defuncti cum poſſeſſione heredis aut venditoris cum poſſeſſione emptoris, continuatur, §. 7, 8.

TIT VII.
De donationibus.

SEcundus modus acquiſitionis civilis eſt donatio hîc, quia eſt civium propria, & facit rem propriam donatarii ſine traditione, ſed ſola voluntatis donatoris, & donatarii declaratione. §. 2.

Eſtque duplex, Mortis cauſa, & inter vivos.

Mortis cauſa eſt in quâ mortis fit expreſſa mentio, ut dono tibi hanc rem ſi mortuus fuero in itinere, §. 1.

Hęc ad exemplũ legati poteſt ſemper à donatore revocari, nam non eſt abſolutè firma, niſi morte donatoris demum inſecuta, §. 1.

Donatio inter vivos fit abſque omni mortis mentione, & facit rem donatarii ſimulatq; eã acceptaverit, etiãſi tradita non

ta non ſit, unde cogere poteſt Donatorem ad rem tradendam ac ſi eam emiſſet. §.2.

Hæc Donatio iterum eſt ſimplex, vel ob cauſam.

Simplex, quæ procedit ex merâ liberalitate, & munificentia, eſtque perfecta declaratâ utriuſque voluntate, ſine ulla ſolemnitate, niſi major ſit 500. ſolidis, id eſt, aureis, tunc ut valeat, debet actis inſinuari: firma eſt cum ſemel perfecta eſt, nec poteſt revocari, niſi ob certas ingratitudinis cauſas à donatario commiſſas. §.2.

Ob cauſam donatio erat ea, quę olim ſponſæ fiebat & vocabatur Donatio ante nuptias, non erat rata niſi matrimonio cum ſponsâ inſecuto, & ſtante matrimonio non poterat celebrari, at hodie poteſt, & ideò nunc vocatur propter nuptias Donatio. §. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Tit. VIII.

Quibus alienare licet vel non.

ALiquando ipſe dominus rei non poteſt eam alienare, ut

Maritus, licet dominus fundi dotalis ſit, attamen ne quidem conſentiente uxore, alienare, vel oppignorare eũ poteſt, princ.

Pupillus vel adultus non alienat ſine tutoris vel curatoris autoritate, unde ſine ea non poteſt pecuniam mutuam dare, & ſi de facto fecerit, nummi extantes vindicantur: non extantes condicuntur §.2. Et Creditoribus ſuis non poteſt ſolvere, d.§: 2. v. ult.

Aliquando ille qui dominus rei non eſt: tamen validè eam alienare poteſt ſi debitor non ſatisfaciat, dummodo ſervet ea quæ hoc caſu præſcribuntur, §. 1.

Tit. IX.

Per quas perſonas cuique acquiritur.

Omnis

OMnis acquiſitio procedit vel immediatè, utpote per noſmetipſos, vel mediatè, per eos qui ſunt in noſtrâ poteſtate, eâque dominicâ, quales ſunt ſervi: vel Patriâ, quales ſunt liberi noſtri. pr.

Per ſervos noſtros indiſtinctè omnia, etiam ignorantes, acquirimus. §.3.

Per liberos noſtros non indiſtinctè omnia acquirimus, ſed diſtinguitur inter acquiſita militariter & acquiſita paganicè.

Militariter acquiſita, id eſt, in militia armatâ, conſtituunt Peculium Caſtrenſe. quaſi militariter, id eſt, in militiâ togatâ faciunt Peculium quaſi caſtrenſe, quod ex publicis muneribus acquirunt liberi; hæc duo peculia pleniſſimo jure ſunt in liberorum dominio, §.1.

Paganicè acquiſita, quę extra utramque militiam, utpote ex mercatura, laboribus mechanicis, lucro nuptiali, legatis, hereditatibus quærunt, peculium Adventicium vocatur, proprietate eſt

libero-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

berorum, uſufructu parentum. §. 1.

Quod donatum à patre ſivè occaſio-
e patris profectũ eſt ad liberos, pecu-
um profecticium dicitur, totum ac-
uiritur patri, d. §. 1.

Per liberam perſonam extraneam
ihil nobis poteſt acquiri quoad domi-
ium, ſed bene quoad poſſeſſionem,
: per hanc uſucapiendi, ſeu longo tem-
ore præſcribendi facultas, ſi dominus
em tradidit. §. pen.

TIT. X.

De Teſtamentis.

Tertius modus acquiſitionis civilis
t ſucceſſio, qua in defuncti locum
oncedendo, ejus jus acquiritur.

Eſtque Teſtata, quæ teſtamento ſi-
e ultima voluntate defertur, vel Inte-
ata, quæ ſine teſtamento lege obve-
t, unde & Legittima vocatur.

Teſtamentum dictum quod ſit teſta-
o mentis, princ. eſt declaratio noſtræ
volunta-

luntatis de eo quod poſt mortem noſtram fieri volumus.

Eſtque Solemne, vel non Solemne.

Solemne quod de ſui ſubſtantia neceſſario deſiderat ſcripturã, debet conſtare his tribus ſubſtantialibus.

1. Vt uno contextu, nullo alio actu interveniente, totum perficiatur, §. 3.

2. Teſtes adſint ſeptem, qui ſua nomina ſubſcribant & ſignacula ſua apponant, d. §. 3.

3. Teſtator propriâ manu ſuum heredem ſcribat, & ſuum nomen ſubſcribat, ſi ſcribere neſciat, per manum teſtium faciat. §. 4,

Teſtes debent eſſe numero ſeptem, §. 3. Omnes habiles & idonei, utpote, cives Romani, maſculi puberes, ſanæ mentis, loqui & audire valentes, non interdicti bonis, non infames, §. 6. non in poteſtate teſtatoris exiſtentes §. 9. & 10.

Materia, in qua teſtamentum ſolemne po-

ne poteſt, ſcribi ſit carta, tabula, vel membrana, §. 12.

Vnum teſtamentum poteſt conſcribi pluribus codicibus ſive exemplis, omnibus æque authenticis, §. 13.

Non ſolemne teſtamentum eſt, in quo dictę ſolemnitates nõ adhibentur: eſtque triplex, vel Nuncupativum, vel Militare, vel Codicillus.

Nuncupativum teſtamentum valet jure civili, cum teſtator coram rogatis teſtibus ſeptem, ſine ſcriptione voluntatem ſuam ultimam nuncupat, id eſt, palam declarat. §. fin.

TIT. XI.

De teſtamento militari.

MIlitare teſtamentum eſt quod ſit ſine ulla ſolemnitate à milite in caſtris, expeditionis neceſſitate occupato, princ. ſufficit ſola ejus voluntas, §. 1. eaq; probata modo per duos teſtes, etſi etiam ſint feminæ, §. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Miles, quamvis ſit filiusfam. princ. mutus ſurdus, poteſt tamen teſtamentum facere, §.2.& §.fin.

Teſtamentum militare, in caſtris jure militari factum valet, ſive teſtator in militia, ſive poſt miſſionem intra annum decedat, licet condicio heredi adſcripta poſt annum eveniat, §.3.

Tit. XII.

Quibus non eſt permiſſum teſtamenta facere.

OMnes cives Romani poſſunt teſtamenta condere, niſi inveniantur jure prohibiti.

At prohibentur quidam ob poteſtatem in qua habentur, & juris ſui non ſunt. Quidam ob defectum, vel corporis, vel animi.

Poteſtas eſt duplex, Patria, Hoſtilis.

Patria poteſtas impedit filiũ teſtari, niſi de peculio Caſtrenſi, vel quaſi Caſtrenſi, in princ.

2. Poteſtas hoſtilis impedit teſtamentum facere captivo, ſed ante captivitatem factum, ſi apud hoſtes moriatur, ſuſtinetur lege Cornelia, & ab hoſtibus reverſo, fictione poſt liminii, §. fin.

Ob defectum corporis teſtari non poſſunt Mutus, niſi literas calleat & in ſcriptis teſtetur, Surdus, Cęcus, niſi nuncupativè teſtetur, & cum obſervatione ut octavum teſtem adhibeat, §. 4.

Ob defectum animi ſive judicii impediuntur Impuberes, etſi puberes facti, decedant, §. 1.

Furioſi, niſi tempore intermittentis furoris, faciant, §. 1.

Prodigi, id eſt, bonis interdicti, §. 2.

TIT. XIII.

De exheredatione librorum.

EXheredatio eſt excluſio ab hereditate debitâ ſuis heredibus.

Eaque eſt Expreſſa, vel Tacita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Expreſſa, quæ fit nominatim, ut nomine proprio expreſſo, veluti

Titius filius exheres eſto. vel alio ſigno infallibili, demonſtrato, ut ſi ſcripſerit, filius meus exheres eſto, cum unicum tantum habeat, pr.

Tacita, quę ſit ſilentio, ſive omiſſione neceſſarii heredis, & olim fiebat à

1. Milite liberos ſuos omittente, quos tamen ſciebat ſe habere, §. 6

2. Matre ſuos liberos prætereunte. §. 7.

3 Avo materno nepotes ſuos non inſtituente, §, 7.

Hodie totum hoc jus tacitæ exheredationis ſublatum Nov. 115. c. 3 quâ conſtitutum ut nulli parenti liceat ſuos deſcendentes præterire, vel exheredare, niſi ob unam ex quatuordecim cauſis ingratitudinis adſcriptam, & ab herede probatam.

Quas cauſas ordine §§. dict. cap. 3. ita ligavi verſu.

1 Percutiens patrem, 2. Graviterq́ injurius ipſi.

3. *Publi-*

3. Publicè eum accuſans. 4. ſeve malis ſocians.
5. Inſidians vitæ. 6. fedans ve cubile parentis.
7. Afficiens damno, 8. carcere non ſolüens.
9. Teſtari patrem prohibens. 10. ſcenamve ſecutus.
11. Si meretrix. 12. Rabidi cura nec ulla patris.
13. Non captum patrem ad hoſte luens. 14. ſacra dogmata ſpernens.

Aſcendentes à deſcendentibus etiam poſſunt exheredari ob unam ex octo ingratitudinis cauſis. dict. Novel. 115. cap. 4.

1. Si pater accuſet natum. 2. Fedetve cubile.
3. Teſtari prohibens. 4. Si ſtruat inſidias.
5. Pocula det lethi nurui. 6. Nec cura furentis.
7. Captum non redimens. 8. Dogmata prava ſequens.

TIT. XIV.

De heredibus inſtituendis.

HEredem inſtituere eſt ſuum ſibi ſucceſſorem nominare.

Inſtitui poſſunt omnes qui ſunt cives Romani, id eſt, hodie Chriſtiani, niſi nobis ſint publicè hoſtes declarati.

Non modo unicum heredem, ſed

plures, & tot quot teſtator velit heredes inſtituere licet, §.4.

Si plures ſunt inſtituti habebunt eas partes ſinguli quas Teſtator nominavit, ſi nullas partes expreſſit, omnes erunt æquales, §. 6.

Vniverſa hereditas vocatur AS. & legittima diviſio hereditatis eſt in 12. partes, quarum Nomina & Etymologiæ & Notæ ſunt, ut ſequitur.

Vncia, quaſi unica, eſt minima & duodecima pars aſſis nota eſt. -

Sextans, ſexta pars aſſis, nota. = .

Quadrans, quarta aſſis pars, tres unciæ, nota, = -

Triens, tertia pars, 4 unciæ. = = .

Quincunx quinque unciæ. = = -.

Semis, quaſi ſemias. 6 unciæ nota eſt. S.

Septunx 7. unciæ, nota, S-.

Bes, quaſi Des, ideo quod ſequentes Aſſis partes à deeſſe, ſive à defectu nominentur, 8. unciæ, nota eſt -S-. vel S =.

Dodrans, quaſi dëente quadrante As. 9. unciæ,

unciæ, nota S = -

Dextans, quaſi deente ſextante As. 10. unciæ, nota eſt S = = .

Deunx, quaſi deente unciâ As. 11. unciâ, nota eſt S = = -.

Etſi teſtator in dividenda hereditate his vocibus non utatur, tamen poſſunt ſemper ad has partes redigi: & vice verſâ, ſi unum aliquem ex unâ unciâ heredem ſcripſerit, totus As erit in una uncía, eritque is heres ex univerſo, & pars teſtata trahit ad ſe partem inteſtatam.

§. 5.

Si partes in quorundam perſonis expreſſæ aſſem non conſumant: reliqui habent quod ſupereſt uſque ad Aſſem, exempli gratia, A ex ſemiſſe, B ex ſextante, C, ſine parte inſtitutus eſt. A habebet. 6 uncias, B duas C, quatuor uncias.

Si partes in quorundam perſonis expreſſæ, aſſem conſumant, reliqui dimidiam partem obtinebunt, quaſi Teſtator ex dupondio, id eſt, ex 24 unciis he-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

reditatem conſtare voluiſſet, ita ut 12. unciæ tribuantur iis qui ex certis partibus: & aliæ 12. unciæ ceteris heredibus accedant qui ſive partibus ſunt ſcripti, § 8.

Si pars vacet, & nemo heredum ſine parte ſcriptus eſt, ea pars ſingulis pro portione hereditaria, accreſcet, § 7.

Omnis inſtitutio heredis eſt pura, vel impura,

Pura, quæ eſt ſine die & ſine conditione, § 9.

Impura, quæ diem vel conditionem habet, d. §. 9. diem, ut cum dicit

Teſtator, poſt quinquennium quàm moriar heres eſto, vel uſque ad annum heres eſto, dies adjectus eſt pro nullo, & ſublato die heres nihilominus purè eſt heres. § 9.

Conditio eſt cum in caſum differtur Inſtitutio, ea eſt poſſibilis vel impoſſibilis, ſub conditione poſſibili, ſi navis ex Aſiâ venerit, exſpectandus eſt eventus.

Impoſsibilis conditio eſt cui natura, vel jus

vel jus obſtat.

Natura, ut heres eris ſi mare ebiberis.

Jus, heres eris ſi Titium interfeceris.

Omnis impoſſibilis conditio adjecta Inſtitutionibus, vel legatis eſt pro non adjectâ, & non ſcriptâ. § 10.

Si plures conditiones poſſibiles conjunctim ſunt adſcriptæ, omnes debent exiſtere; ſi diſjunctim, unam impleri ſufficit. § pen.

Etiam ignotus, quem nunquam vidit teſtator, heres inſtitui poteſt. §. final.

TIT. XV.

De Vulgari ſubſtitutione.

SVbſtituere eſt plures heredum gradus facere, utpote ſecundi, tertii, quarti, vel ulterioris in caſum primi vel ſequentis heredis deficientis. pr.

Inventa fuit apud Romanos, ne deficiente herede inſtituto, ab inteſtato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

moreretur teſtator, & hoc modo caduca ejus bona fierent, id eſt, ad fiſcum devoluerentur.

Vulgaris dicta eſt quod fiat vulgò à cive Romano tàm feminâ, quàm maſculo, tàm heredi ſuo, quàm heredi extraneo.

Formula hujus ſubſtitutionis eſt talis ut debeat habere ſemper negationem, veluti, Titius heres eſto, & ſi Titius heres non ſit, Sejus hæres eſto, pr.

Subſtitutio hæc poteſt fieri ut inſtituatur.

1. Vnus in locum plurium.

2. Plures in locum unius.

3. Singuli, ſingulis.

4 Reciprocè, ut A & B heredes ſunto, ſi A heres non erit, B heres eſto, ſi B heres non erit, A heres eſto, §. 1.

Effectum hujus ſubſtitutionis eſt, ut primo inſtituto agnoſcente hereditatem, ſemper ſit excluſus ſecundus, etiamſi primus ſtatim poſt aditam hereditatem decedat, nec unquam poteſt ſecundus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

cundus cum primo in partem concurrere, leg. 37. ff. de heredibus Inſtit:.

TIT. XVI.

De Pupillari ſubſtitutione.

PVpillaris ſubſtitutio inde dicitur quod alii non fiat, niſi pupillo, & tantum illi, qui in Teſtatoris eſt poteſtate patria, idque eo ordine, ut ipſi pupillo prius heredi ſcripto, ſubſtituatur alius heres, in eum caſum ſi pupillus heres extiterit, at ante pubertatem, cum ipſe necdum teſtamentum condere poteſt, mortuus fuerit, tunc ſit ei alius heres quem teſtator uominavit: pr.

Formula hujus ſubſtitutionis evidenter differt à formulâ ſubſtitutionis vulgaris, nam hæc nunquam habet negationem, & ita concipitur. Filius meus impubes hæres mihi eſto, & ſi intra annos pubertatis deceſſeirt, Sejus hæres eſto: & tunc Sejus ſit filii heres, quia pater ipſi fecit teſtamentum, quod filius

propter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

propter ætatem facere non poterat, pr. & §. 2.

Non modo jam natis impuberibus, ſed etiam naſcituris, id eſt, poſtumis ſubſtitui hoc modo poteſt, §. 4.

Hæc pupillaris ſubſtitutio eſt vera, vel quaſi.

Vera quæ fit à parente maſculo pupillis tantùm.

Quaſi ſive impropria poteſt fieri à parentibus utriuſque ſexus liberis adultis, & majorennibus, ſi ſint furioſi, mente capti, vel ſontico morbo laborantes. His ad exemplum pupillorum, poſſunt parentes certas perſonas conjunctas ſubſtituere, unde hęc ſubſtitutio Exemplaris vocatur, §. 1.

Expirat autem ſubſtitutio pupillaris maſculi pupilli inſtituti, pubertate, & feminæ inſtitutæ, viri potentiâ, §. 8.

Extraneo, heredi, qui extra poteſtatem patriam Teſtatoris eſt, non poteſt ita ſubſtitui, ut, ſi intra certum tempus moriatur, aut cum mortuus fuerit, alius ipſi

pſi ſit heres; ſed poteſt ipſius fidei committi ut hereditatem agnitam, reſtituat alii poſt mortem, vel poſt certum tempus §. fin. & tunc ille, qui eam recipit, non directus heres eſt, ſed fideicommiſſarius dicitur.

TIT. XVII.

Quibus modis teſtamenta infirmentur.

TEſtamentum jure factum infirmari poteſt, vel ipſo jure, vel per querelam de inofficioſo ope magiſtratus impetratâ.

Ipſo jure & per ſe infirmatur, dum ſit ruptum, vel irritum.

Ruptum dicitur teſtamentum cum in eodem ſtatu manente Teſtatore jus teſtamenti vitiatur, quod accidit duobis modis.

1. Agnatione verâ ſui heredis, cum poſt conditum teſtamentum Teſtatori ſuus heres agnaſcitur. Quaſi agnatione, cum quis poſt factum teſtamentum aliquem

aliquem adoptet in filium. §. 1. vel ſi filio mortuo, nepos in patris locum ſuccedat, quaſi agnaſcendo ſuo avo, §. 2. de exheredat. libero.

2. Mutatione ſuæ voluntatis, utpote poſteriore teſtamento ritè perfecto, §. 2. & 3. vel revocato primo ſolemniter, §. 7.

Irritum ſit teſtamentum omni capitis deminutione Teſtatoris: at ſi teſtator mortis tempore & civis Romanus, & ſui juris fuerit, & teſtamentum ſeptem teſtes ſignaverint, convaleſcit jure prætorio, datâ heredi ſcripto bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, §. 6.

Si deſtitutum fiat teſtamentum, irritum quoque dicitur, princ. tit. 1. lib. 3.

Tit. XVIII.

De Teſtamento inofficioſo.

TEſtamentum inofficioſum eſt quod contra pietatis officium à parenti-

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

bus eſt factum, licet jure conſtet, pr.

Et reſcindi poteſt quęrelâ de inofficioſo apud magiſratum propoſitâ, competit proximis Teſtatoris conſanguineis, utpote.

1. Liberis in poteſtate ſine juſtâ cauſa ingratitudinis pręteritis, vel exheredatis, princ. non modo naturalibus, ſed etiam adoptatis à conjuncta perſona §. 2.

2. Aſcendentibus datur querela adverſus liberorum teſtamenta, §. 1

3. Fratribus vel ſororibus (ſubaudi conſanguineis) tum demum, ſi turpes perſonæ ſunt inſtitutæ, Remotioribus cognatis vel agnatis querela non competit. § 1.

Ceſſat autem querela his caſibus.

1. Si nullo alio jure ad defuncti bona pervenire poſſint. §. 3.

2. Si aliquantillum à Teſtatore eſt relictum, nam tunc non de inofficioſo ſed ad ſupplementum legittimæ agere debent, §. 3.

3, Cum

3. Cum heres teſtamentum approbavit expreſſe id declarando, vel tacitè ſignificando, veluti cum legatum nomine ſuo ex teſtamento accipit, non ſi nomine pupilli tutor agens, §, 4. 5.

4 Cum heredi Legittima portio ex teſtamento eſt relicta. §. fin.

Legittima erat olim quarta pars ejus portionis quam quis habuiſſet ſi teſtamentum nullum fuiſſet, d. §. fin.

Hodie jure Novell. 18. cap. 1. eſt aucta uſque ad trientem vel ſemiſſem pro numero liberorum, hoc modo.

Quattuor, aut infra natis, dant jura trientem.

Si quinque, aut plures nati, dant jura ſemiſſem.

Tit. XIX.

De heredum qualitate & differentia.

MOdus acquirendi hereditatem nō poteſt intelligi, niſi animadvertatur triplicem eſſe differentiam heredum

dum & ſingulis competere ſpecialem acquirendi rationem.

Sunt enim heredes ſcripti Neceſſarii, Sui & neceſſarii, Extranei.

1. Neceſſarii, qui ſive velint, ſive nolint, coguntur eſſe heredes propter poteſtatem dominicam, & tales erant olim ſervi proprii, §. 1.

2. Sui & neceſſarii, ſunt liberi in poteſtate Teſtatoris immediatè cõſtituti, ut filius, filia, nepos, neptis ex filio defuncto. Nam cum vivo etiam patre quodammodo ſint domini paternorum bonorum, jure civili volentes nolentes exiſtunt heredes, ſed à Prætore poſſunt impetrare beneficium abſtenſionis §. 2.

3. Extranei, qui non ſunt in poteſtate Teſtatoris morientis; qui etiam voluntarii heredes appellantur. tales ſunt liberi emancipati; liberi à matre inſtituti, & omnes heredes ceteri, §. 3.

Sui & neceſſarii acquirunt hereditatem ſe immiſcendo, & omittunt ab-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

ſtinendo, dict. §. 2.

Fxtranei ſive voluntarii heredes jus deliberandi habent §. 5. acquirunt hereditatem adeundo, & omittunt repudiando: Adeunt autem facto ſive reipſâ, vel nudâ voluntate, id eſt, ſolis verbis.

Facto, ſive reipſa, geſtione pro herede, id eſt, pro domino, puta, prædia hereditaria vendendo, vel locando, §. 6.

Nudâ voluntate ſive ſolis verbis, dicendo ſe heredem eſſe, vel qualicunq; modo voluntatem ſuam ſignificando, dummodo ſciat eum, cui ſuccedit, mortuum eſſe, & ſe heredem ſcriptum, d. §. 6. Nudâ voluntate etiam repudiatur hereditas, d. § 6, verſ: ſicut.

Qui autem agnovit Teſtatoris hereditatem, ſuccedit in omne jus defuncti, non modo in lucra, ſed etiam in damna hereditaria, adeò ut ęs alienum, etiamſi ſuperet vires hereditarias, de ſuo proprio ære cogatur perſolvere, nec poteſt poſt aguitionem, prætextu penitudinis

dinis abſtinere, niſi ſit minorennis, & reſtituatur in integrum à Prętore. §. 5.

At novo jure, poteſt ſub beneficio Repertorii ſive invētarii agnoſcere hereditatē ſine deliberatione, & non tenetur tunc ultra vires hereditarias. §. 6. in fine ex leg. ult. Cod. de jure deliberandi.

TIT. XX.
De Legatis.

TEſtamēto non modo hereditas id eſt bonorū univerſitas, ſed etiam particulare aliquid relinquitur, utpote Legatum, vel fidei commiſſum.

Legatium eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præſtanda, §. 1. non niſi in teſtamento & ſolemni forma, olim, §. 2.

Hodie quibuſcunq; verbis poteſt relinqui, §. 2. etenim legata ſunt ęquata fidei commiſſis per omnia & in omnibus: ita ut omne legatum habeat vim fidei commiſſi, & omne fidei commiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

ſum vim legati. §.3.

Res legari poſſunt.

1. Teſtatoris, §.4 ſive liberæ, ſive oppigneratæ, nam hæres cogitur repignerare, ſi teſtator ſciens eas oppignoraverit. §. 5. ſive corporales ſive incorporales, § 21.

2. Res heredis. §.4.

3. Res aliena, dummodo Teſtator sciret eſſe alienam, quod legatarium probare oportet. §.4. hujus legati effectum eſt, ut ſi heres eam rem juſto precio redimere poſſit, redimat & legatario præſtet: ſin minus, æſtimationem ſolvere cogatur, §.4. Si legatarius vivo Teſtatore rei alienæ legatæ dominus factus fuerit ex cauſâ oneroſâ, veluti emptione, actione ex teſtamento precium conſequatur, ſi ex cauſa lucrativâ, utpote donatione, legatum extinguatur, quia duæ lucrativæ cauſę in eandem rem, & eandem perſonam concurrere non poſſunt. §.6.

4. Res legatarii. §. 11.

5. Res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

5. Res quæ non eſt in rerum naturâ, ſi modo futura eſt. §. 7. ut fructus in fundo naſcituri.

Non poteſt legari.

1. Res quæ non eſt in commercio, ut campus Martius, baſilica, templum. §. 4.

2. Res legatarii ipſi legatario, nec eo alienante confirmatur legatum, §. 12.

Si eadem res duobus ſit legata, concurſu partes faciunt, uno legatario deficiente, id eſt, ſi unus nolit, vel non poſsit acquirere, alter totum obtinet, §. 8.

Si res legata ſine facto heredis perierit, legatario perit, §. 16.

Si grex legatus ſit, augmentum & decrementum ad legatarium pertinet, & ſi ad unam ovem redactus ſit, hanc legatarius rectè vindicabit, §. 18.

Si electio legata ſit ex genere, ut equus, legatarii eſt, niſi heredi teſtator electionem dederit, §. 23.

Legari poteſt omnibus qui poſſunt heredes inſtitui. §.24.

Etſi perſonæ ſint incertæ, ſi modo ex poſt facto certificari poſſint, ut, qui primus hoc anno Doctor juris creabitur, habebit 100. §.25.

Valet legatum etiamſi teſtator in nomine Legatarii erraverit, modo de perſonâ conſtet, §.29.

Vel in re legatâ demonſtranda erret Teſtator. §.29.

Vel erret in cauſâ legati addendâ, §. 30.

Legatum poteſt ſcribi in quacunque teſtamenti parte, in principio, medio, fine, ante heredum vel inter heredum, vel poſt heredum inſtitutionem, §. 34.

Poteſt recipere tempus, pœnam, condicionem.

1. Tempus, ut lego cum heres meus mortuus fuerit, §. 35.

2. Cum pœna, quod penale dicitur cùm aliquid heredis coërcendi cauſa relinqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

linquitur quo magis faciat aliquid, vel non faciat. §. fin. Hoc legatum olim invalidum, hodie valet, niſi factum aliquod de jure, vel de facto impoſsibile, heredi imponatur, d. §. fin.

3. Cum conditione, poſſibili tamen, ut ſi uxorem intra annum duxeris, nam impoſsibilis eſt pro non adjectâ. §. 10. ſup: de heredibus Inſtit.

Ad legatum conſequendum poſſunt Legatario competere tres actiones, vel

1. Actio perſonalis ex teſtamento adverſus heredem, ſi res fungibilis, id eſt, Pondere, numero vel menſurâ conſtans, ſit legata.

2. Realis actio ſive vindicatio, ſi res corporalis, ut fundus, domus, equus: vel incorporalis, uſus ut fruct. vel alia ſervitus, ſit relicta.

3. Hypothecaria, quę competit adverſum totam hereditatem, ſi non præſtetur legatum, quaſi univerſa hereditas ſit obligata Legatarjis. §. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

TIT. XXI.

DE *Ademptioni legatorum & tranſlatione.*

LEgata data debentur, niſi ſint à Teſtatore adempta, quod facere poteſt expreſsè, vel tacite.

Expreſſa ademptio fit ſimpliciter

1. In eodem teſtamento, quô data ſunt, vel codicillis, quibuſcunque verbis ad ademptionem idoneis, pr.

2. Vel cum tranſlatione legati à perſonâ in perſonam, utpote, fundum Sejanum, quem Titio legavi, Cajo lego, §. 1.

Tacitê fit ademptio ſi inimicitias inter legatarium & teſtatorem exortas eſſe probet heres, leg. 3. in fine ff. hoc tit.

TIT. XXII.

De Lege Falcidiâ.

LEx Falcidia cohibet nimiam illam olim permiſſam legandi licentiam quâ

quâ licebat totam hereditatem legatis exhaurire, & cavet ne plus legare liceat, quàm dodrantem totorum bonorum, id eſt, ſive unus ſit heres, ſive plures inſtituti, apud eum eosve pars quarta remaneat. princ.

Si duobus heredibus inſtitutis, ab uno nulla legata ſint relicta, alterius ſemis totus ſit exhauſtus legatis, nihilominus quartam ſui ſemiſſis poteſt defalcare, quia in ſingulis heredibus ratio legis Falcidiæ ponenda eſt, §. 1.

Supputatio quartæ non aliter poteſt iniri, niſi prius hereditariâ maſſâ purificatâ ab omni ære alieno, & deductis impenſis funeralibus, §. fin.

TIT. XXIII.

De Fideicommiſſariis hereditatibus.

OMnis hereditas eſt directa, vel fideicommiſſaria.

Directa, quam capit heres ſcriptus vel Legittimus in propria ſuâ per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

ſonâ immediatè.

Fideicommiſſaria hereditas eſt, quam quis mediatè accipit, utpote ex reſtitutione directi heredis, cujus fidei commiſſa erat reſtitutio.

Reſtitutâ hereditate, reſtituens nihilominus directus heres permanet, is verò qui recipit, modò heredis, modò legatarii loco habetur, §. 3.

Omnes actiones, tàm paſſivæ, quàm activæ, transferuntur in ipſũ fideicommiſſarium, ſi totam hereditatem reſtituit. Si verò deductâ quartâ Trebellianicâ reſtituit, actiones pro rata portione dividuntur inter heredem & fidei commiſſarium, §. 7,

Quâ diſtinctione utendum etiam in partis reſtitutione, §. 8.

Trebellianica eſt quarta pars totius hereditatis, quam heres directus ex SC. Trebelliano retinere poteſt pro onere aditionis, & reſtitutionis, §. 5.

Quod ſi heres quartam in re certâ, vel ſummâ ex teſtamento juſſus eſt præcipere

pere & rogatus reliquum reſtituere, tunc ſine omni actionum onere, quaſi ex legato, habet ſuam quartam, & in fidei commiſſariū omnes actiones transferuntur, §. 9.

Fideicommiſſa etiam ab inteſtato relinqui poſſunt, §. 10.

Fideicommiſſarius poteſt quoque onerari fideicommiſſô, ut id ipſum, quod accipit, vel partem ejus, vel aliud quid, alteri reſtituat, §. 11.

Fideicommiſſum, etiam ſine ullâ teſtium ſolemnitate relictum, ſolâ confeſſione heredis, ſatis probatur, & præſtari debet, §. fin.

TIT. XXIV.

De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.

SIngulare fideicommiſſum eſt cum ab herede res aliqua ſingularis, ut fundus, veſtis, equus, juſſu Teſtatoris alteri præſtanda eſt.

Tale

Tale fideicommiſſum, non modo ab herede, ſed à quocunque, qui aliquid ex voluntate Teſtatoris percepit, relinqui poteſt, utpote, à Legatario, cùm ab eo legari non poſſit, princ.

Fideicommiſſo poſſunt res relinqui, quæ legari poſſunt, cum hoc fideicommiſſum nihil differat à legato, §. 1.

Tit. XXV.

De Codicillis.

Codicillus eſt teſtamentum non ſolemne, heredis inſtitutionem directi non habens, ſed per fideicommiſſum hereditas codicillis relinqui poteſt, §. 1.

Codicilli ſunt teſtati, & inteſtati.

Teſtati ſunt qui non conſiſtunt niſi cum teſtamento, & ſunt triplices

1. Ante teſtamentum facti, veluti, id quod codicillis ante legavi Titio, volo valere hoc meo teſtamento: hi ſunt codicilli teſtamento confirmati, pr.

2. Poſt teſtamentum conditi, utpote. Quan-

2. Quantum poſt hoc meum teſta-
mentum codicillis daturus ſum Titio,
id volo valere tanquam ſi hoc meo
teſtamento datum & ſcriptum
eſſet.

3. Codicilli in ipſo teſtamento facti,
veluti cum clauſula codicillaris adjici-
tur teſtamento hujuſmodi, ſi hoc meum
teſtamentum non valet ut juſtum teſta-
mentum, valeat ut codicillus.

Diſcrimen codicillorum & teſta-
mentorum ſolemnium conſtat potiſſi-
mum in his tribus

1. Quod codicilli ſine heredis inſti-
tutione conſiſtant, §. 2.

Teſtamentum non.

2. Quod plures codicilli ab uno fie-
ri poſſint, §. 3. Teſtamentum unum, id-
que ultimum tantum velet.

3. Codicilli nullam ſolemnitatem
ordinationis deſiderant, ſed tantum-
modo probationem per quinque teſtes
§. 3

Teſtamentum de ſolemnitate re-
quirit

quirit ſeptem teſtes, rogatos, ſubſcri-
bentes, ſubſignantes, &c.

LIBER III.

Tit. I.

De Hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

Inteſtatus decedit, qui au[t] omnino teſtamentum non fecit, aut non jure fecit, ve[l] qui juſtum quidem fecit, ſed infirmatum eſt vitio ru[-]pti vel irriti, vel nemine adeunte, deſtitutum eſt, prin.

Inteſtatò morientis bona jure ſucceſſionis devolvuntur ad conſanguineos non tamen ad omnes paſſim, & ſine diſtinctione, ſed ſecundum No. 118. & N. 127.

Tres ſunt jure noviſſimo heredum Ordines.

1. Primus liberorum, ſive deſcendentium.

2. Secundus parentum, quibus adjunguntur germani fratres, vel ſorores, & germanorum fratrum vel ſororum filii filiæve.

3. Tertius tranſverſalium.

In primo ordine liberi ſuccedunt in ſtirpes.

In ſecundo ordine, ſi ſoli parentes ſunt, ſuccedunt in ſtirpes: ſi una cũ parentibus ſuccedunt fratres, & ſonores, hereditas dividitur in capita, ſi ſimul ſuccedant parentes, fratres vel ſorores, & fratrum vel ſororum filii, hi ſuccedunt in ſtirpes, reliqui in capita: ſi neque fratres germani, neque ſorores germanæ extent, fratrum vel ſororum filii filiȩve à parentibus excluduntur. proinde non admittuntur in ſecundo, ſed in tertio heredum ordine.

In tertio ordine vocantur primum germani fratres, vel ſorores, & talium fratrum vel ſororum prædefunctorum

filii fi-

filii filięque.

Secundò fratres, vel ſorores conſanguinei, vel uterini.

Tertiò reliqui agnati vel cognati ſecundum gradus pręrogativam ſuccedunt in capita.

Succeſſio in capita eſt cum heredes capiunt partes viriles, id eſt, æquales. Succeſſio in ſtirpes, cum heredes, non ex ſuâ, ſed ex parentum, quos repreſentant, perſona ſuccedunt, & eam partem accipiunt, quam illi caperent, ſi viverēt, ſunt enim remotiori gradu quàm filius, ſed nihilominus unà cum eo ſuccedunt, nec ab eo excluduntur, quia patrem ſuum defunctum repreſentant.

Tit. II. III. IV. V.

Planè ſunt ſublati per dd. Nov. 118. & 127

Tit. VI.

De Gradibus cognationis.

Gradus

GRadus eſt diſtantia cognatorum inter ſe ſub ſtipite, vel etiam ab ipſo ſtipite.

Stipes ſive ſtirps eſt iſta perſona in quam concurrunt omnes deſcendentes, & ex quâ originem ducunt.

Linea eſt ſeries cognatorum ducta rectè à ſtipite, vel eundo obliquè per ſtipitem; & inde linea eſt recta, quæ aſcendentium & deſcendentinm, ſive obliqua & tranſverſalis, quæ collateralium, qui per ſtipitẽ nos tangunt, à nobis non geniti, nec nos genuerunt.

In graduum numeratione ſequimur jus civile, & unâ regulâ docetur omnis diſtantia, nimirum

Quot ſunt perſonæ gradu diſtantes in linea recta, adſcendendo, vel deſcendendo, ſive in lineâ tranſverſa obliquè eundo per ſtipitem, tot ſunt gradus, unâ ſolum demptâ, tanquam termino à quo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Majores noſtri, Parentes, Genitores, inde ſequantur qui nomina habent, utpote

6. Tritavus, quaſi ter avus.
5. Attavus.
4. Abavus.
3. Proavus.
2. Avus, hujus frater mihi patruus magnus 4. gradu.
1. Pater, patris frater Patruus 3. gr.

Ego. Frater meus 2. gradu.

1. Filius. Fraternus fratris filius 3 gr.
2. Nepos Nepos fratris 4. gradu.
3. Pronepos.
4. Atnepos.
5. Abnepos.
6. Trinepos, quaſi ternepos, poſt hos ſunt

Minores. Nepotes, qui nomina ulterius non habent ſpecialia.

Patris mei ſoror mihi eſt amita, avi ſoror

ſoror amita magna, Proavi, proamita.

Patris frater patruus, avi patruus magnus.

Matris frater, avunculus, quaſi parvus avus.

Matris ſoror, matertera, quaſimater altera.

Patruelis, patrui filius.

Amitinus, amitæ filius.

Conſobrinus, materteræ filius.

Propior ſobrino eſt gradu uno propior quàm ſobrinus, 5. gradu, §. 5.

Sobrini ſunt patruelium, amitinorum conſobrinorum filii, ſunt 6. gradu, §. 6.

TIT. VII. VIII. IX.

Penitus à moribus noſtris abiêre.

TIT. X.

De bonorum poſſeſsionibus.

QVemadmodum hereditas eſt ſucceſſio civilis, ita bonorum poſſeſſio eſt *Prætoria*, & locum poteſt habere.

1. Cum quis jure civili deſtituitur quò minus ad hereditatem pervenire poſſit, ut ſit in emancipatis, id eſt, de familiâ miſſis. §. 9. ſup. lib. 3. tit. 1.

2. Cum juris civilis nimia ſcrupuloſitas obſtat, ut ſit in poſtumo agnatione teſtamentum rumpente, & tamen ante teſtatorem decedente, l. 12. ff. injuſto rumpto irrito teſt.

3. Si heres neſciat ſe heredem, & per annos 30. omiſerit petere hereditatem, poteſt ad bonorum poſſeſſionem venire intra annum ſcientiæ. Dd. ad leg. licet 8. Cod. de jure deliberandi.

Tit. XI.

De Acquiſitione per Arrogationem.

QVartus modus civilis Acquiſitionis eſt per Arrogationem, conſuetudine etenim introductum, ut arrogati bona acquirantur Arrogatori. princ.

Hodie ſolus uſusfructus arroganti acquiritur, §. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Tit. XII. XIII.

Nobis obſoleti.

Tit. XIV.

De Obligationibus.

OBligatio eſt juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicujus rei ſolvendæ ſecundum noſtræ civitatis jura, pr.

Dividitur à causâ efficiente remotâ in civilem & Prętoriam. Civilis quæ jure civili introducta, vel comprobata.

Prætoria, quę jure prętorio eſt introducta, §. 1.

A cauſâ efficiente proximâ, id eſt, ab homine contrahente, vel malefaciente.

Ex contractu ſunt quatuor ſpecies, vel Re, vel verbis, vel litteris, vel conſenſu contrahitur, §. ult.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Tit. XV.

Quibus modis re contrahitur Obligatio.

RE contrahitur obligatio in quâ res de neceſſitate intervenit, & tranſferri debet, actualiter.

Suntque tales ſpecies quinque.

1. Mutuum, dicitur quod ex meo tuum fiat: eſtque cùm mutuatarius rem fungibilem (id eſt) vel pondere, vel numero, vel menſurâ conſtantem accipit, & propriam facit, ut ſtatuto tempore aliæ ejuſdem generis & bonitatis cogatur mutuatori reſtituere condictione certi. pr.

2. Indebitum, quô accipiens rem corpore conſtantem, ſibi non debitam cogitur condictione indebiti eandem in numero, reſtituere ſolventi: At ſi res fungibilis indebitè ſit ſoluta, ad æquivalens tenetur ac ſi mutuum accepiſſet. §. 1.

3. Com-

3. Commodatum, quô accipiens rem mobilem gratis utendam, tenetur actione commodati eamdem reſtituere commodatori: aut ſi amiſſa ſit res dolo vel culpâ commodatarii, tenetur ad rei æſtimationem, non vero ſi ob caſum fortuitum ſit amiſſa, § 2.

4 Depoſitum, quô depoſitarius qui rem cuſtodiendam accêpit à depoſitore, tenetur actione depoſiti reſtituere eandem, vel æſtimationem ſi dolo amiſerit, § 3.

5. Pignus, quô res mobilis à creditore ob ſecuritatem crediti accepta, ſoluto debito, actione pigneraticiâ debitori debet reſtitui, § ult.

TIT. XVI.

De Verborum Obligationibus.

OBligatio Verborum contrahitur cùm quid dari, aut fieri nobis à promittente, ſtipulamur, & ſtipulatio vocatur. pr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

Et ſi certum quid ſit promiſſum, ut fundus Sejanus, aurei decem, nata eſt condictio certi; ſi incertum, ut factum, competit actio ex ſtipulatu, pr.

Omnis ſtipulatio eſt pura, vel non pura.

Pura, quæ neque diem, neque condicionem, neque locum adjectum habet, ex quâ ſtatim, & efficaciter peti poteſt, §. 2. 3.

Non pura, quæ in diem, cum condicione, §. 4. vel cum adjectione loci concepta eſt, §. 5. ex quâ non poteſt ſtatim peti & exigi.

In diem, cùm certa dies ſolutioni eſt deſtinata.

Cum conditione, ubi in aliquem futurum & incertum caſum, differtur obligatio.

Cum loco, ſi locus inſertus ſit, quo facto re ipſâ tempus adjectum intelligitur, quô ad locum iri poſſit, veluti Romæ dare ſpondet exiſtens in Belgio.

Mate-

Materia ſtipulationis eſt omnis res quæ eſt in commercio, & omne factum, modo honeſtum & poſſibile, §. final.

TIT. XVII.

De Duobus reis ſtipulandi, & promittendi.

DVo rei ſtipulandi ſunt, quãdo duobus eandẽ rem ſeparatim ſtipulantibus, ſponſor promittit, prin.

Duo Rei conſtituuntur cùm Duo Rei ſeparatim interrogati, ſinguli promittunt ſtipulanti eamdem rem, pr.

Hujus obligationis vis eſt, ut ſinguli ſtipulantes poſſint totum id, quod eſt promiſſum, petere, & ſinguli promittentes totum debent: At unus ex ſtipulatoribus accipiendo promiſſum, vel unus ex promiſſoribus, ſolvendo promiſſum, perimit reliquorum obligationes. §. 1.

Ex duobus reis promittendi alter pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

re, & alter in diem, vel ſub condicione poteſt obligari; & purè obligatus poteſt conveniri non obſtante die vel conditione §. ult.

Tit. XVIII.

De Stipulationibus Servorum.

SErvus ſtipulando ſibi dari, vel ſuo domino, vel ſuo conſervo, vel nullâ perſona nominatâ, ſemper acquirit ſuo domino, §. 1.

Tit XIX.

De Diviſione Stipulationum.

STipulationes ſunt ſpontaneæ, Coactæ, Communes.

Spontaneæ, quæ etiam conventionales dicuntur, quæ liberâ utriuſque partis conventione ſine judicis, ſive Prætoris juſſu concipiuntur, & ſunt innumeræ, §. 3.

Coactæ, quæ neceſſariò fiunt, ſuntq; Iudi-

Iudiciales, vel Prętorię.

Iudiciales quæ à mero judicis officio proficiſcuntur, ut de dolo cautio, etc. §. 1.

Prætoriæ, quæ à mero Prætoris officio, ut damni infecti, legatorum, §. 3. his addantur Ædiliciæ, ibid.

Communes, quod modo ſponte, modo coactè interponantur, ut rem pupilli ſalvam fore, cautio de dolo, §. fin.

Tit. XX.

De inutilibus ſtipulationibus.

STipulatio producit actionem, niſi ſit inutilis, ſive invalida.

Inutilis dicitur ob defectum qui eſt in materiâ, vel in cauſa efficiente, vel in forma ſtipulationis.

Materiæ defectus eſt cùm talis in ſtipulatum deducitur materia, quæ impoſſibilis eſt pręſtitu, vel ob naturam, vel ob jus.

Ob naturam, cum natura impedi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

mento eſt, utpote dare montem aureum hominem mortuum, §. 1. factum alterius, § 3. 20.

Ob jus, cùm jus obſtat, ut rem ſacram religioſam, publicam §. 2. propriam ſibi dari §. 21. factum turpe præſtari, §. 23.

Cauſę efficientis defectus inutilem facit ſtipulationem, utpote ſi alter vel ambo cõtrahentes ſint inidonei, vel diſſentientes, vel errantes in tractatu.

Inidonei ſunt ſi ſtipulatio fiat dari perſonæ extraneæ, cui dari non interſit ſtipulantis §. 4. 18. 19. ſi muti & ſurdi ſint § 7. ſi furioſi §. 8. ſi infantes §. 9. ſi ſtipulator ſit in promiſſoris poteſtate, vel contrà, §. 6.

Diſſentientes, veluti rogatus dare 10. promittat 5. rogatus certas & multas res, promittat unam tantùm, §. 17.

Errantes, ut, rogatus dare equum, promittat hominem, §. 22.

Formæ defectus vitiat ſtipulationem ſi ſub cõditione impoſſibili cõcipiatur, §. 10. vel ſi inter abſentes, utpote per

epiſtu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

piſtulam, contrahatur, §. 11.

TIT. XXI.
De Fidejuſſoribus.

Fidejuſſor eſt qui jubet ſuâ fide eſſe principalem obligationem, intercedente ſtipulatione, ut ſit ſecurior creditor, princ.

Accedere poteſt fidejuſſor omnibus ſpeciebus obligationum, utpote re, verbis, litteris, contenſu contractis, immò & merè naturali, ut pupillari, §. 1. & obligationi futuræ, §. 3.

Fidejuſſor pro obligatione, non modo unus, ſed etiã plures accipi poſſunt, et ſi plures ſint, ſinguli tantum pro parte virili conveniri debent, modo utantur beneficio epiſtulę divi Adriani, § 4. quod jubet partes dividere.

Fidejuſſor non poteſt conveniri, niſi reus principalis ſit penitus excuſſus, propter beneficium Ordinis, quod datur ex Novell. 4. Nec poteſt plus debere quam

reus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

reus principalis, §. 5. Et quod pro prin. cipali debirore exolvit, repetit actione mandati, §. 6.

Tit. XXII.
De Litterarum obligationibus.

Litteris conſtat obligatio cùm quis ſpe accipiendæ pecuniæ ſcripſit chirographum pecuniæ acceptæ, & ideò poteſt conveniri ex ſcripturâ, niſi intra biennium opponat exceptionem de non numerata pecunia, hic.

Tit. XXIII.
De Obligationibis ex conſenſu.

COnſenſu ſolo contrahuntur obligationes quæ de ſuâ ſubſtantiâ non deſiderant verba, nec ſcripturam, nec rei interventũ, nec litteras, hîc, v. ideò. Omnes ſunt bonæ fidei, & bi lateræ, d eſt, mutuæ: At Reales, verbales & itterales, fere ſunt ſtricti juris &uni

& unilateræ

Conſenſu conſtant quatuor obligationes. Emptio venditio, Locatio conductio, Societas, Mandatum.

Tit. XXIV.

De Emptione & Venditione.

EMptio venditio eſt contractus conſenſu initus de re aliquâ pro precio habendâ.

Subſtantialia ſunt tria. Conſenſus, Precium, Res.

Conſenſus debet eſſe liber & non coactus hominis qui & jure & naturâ poteſt conſentire.

Precium debet conſtare in pecuniâ numeratâ certæ ſummæ, ab initio, vel commiſſâ definiẽdâ arbitrio tertii certi, & nominati, §. 1. 2.

Res illæ, nimirum quæ in commercio, alienari non prohibitæ, de jure, ut ſunt partes domorum deſtruendarum l. 52. ff. hic. Venena mala l. 35. d. tit.

Emptio

Emptio frequentius fit ſine ſcriptis & perfecta tunc eſt, ſimulatque de re & precio eſt conſenſum, princ.

Tum autem in ſcriptis fit cùm partes ſcripturam fieri velle dixerunt: ea non eſt perfecta quandiu ſcriptura nondum eſt completa, id eſt, lecta & relecta & in muudum redacta. princ.

Vtraque poteſt eſſe vel pura, vel ſub conditione. §. 4.

Periculum & damnum eſt emptoris, etiam ante rei traditionem, adeò ut nihilominus emptor precium ſolvere cogatur; & ſi ſit ſolutum, non poſſit repetere, §. 3.

Tit. XXV.

De Locatione & Conductione.

Locatio conductio eſt conventio de alterius rei uſu habendo pro certa mercede.

Subſtantialia habet tria.

1, Conſenſum liberum non coactum

ut em-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

ut Emptio venditio regulis juris iiſdem conſtans, princ.

2. Res, & operas modo honeſtas.

3. Mercedem conſtantem in quavis re fungibili, certam ab initio contractus expreſſam, vel arbitrio tertii certi & nominati definiendam, §. 1, & 2.

Emphyteuſis eſt locationi ſimillima, & contractus nominatus, quo res immobilis pro certa annuâ penſione, ſive canone, ita utenda datur colono ut eam poſſit oppignerare, in dotem dare & in alium transferre; & ideò colonus dicitur habere utile dominium rei emphyteuticæ.

Deterioratio rei emphyteuticæ non relevat colonum à ſolutione penſionis; ſed ſi res emphyteutica totaliter intereat, damnum eſt domini directi, §. 3.

Propria hujus contractus ſunt tria.

1. Quod leges, & pacta adjecta ſint exactè ſervanda in locatione, §. 5.

2. Quod heredes contrahentium etiam ſint obligati, §. 6.

3. Quod conductor in re conductâ teneatur de dolo, de lata & levi culpa. At non de leviſſimâ, niſi res ſit periculoſa ſervatu, ſive fragilis, §. 5. nunquam tenetur præſtare caſum fortuitum. dict. §. 5.

TIT. XXVI.

De Societate.

SOcietas eſt contractus duorum vel plurium de re communicandâ ob quęſtum inde percipiendum.

Communio poteſt eſſe ad ſolum uſum communem in re.

Societas eſt univerſalis, quæ eſt omnium bonorum, aut particularis, quę alicujus negociationis, utputa, vini, olei, aut frumenti emendi vendendive gratiâ, in priuc. Vulgò compania dicitur.

Requirit tria ſubſtantialia.

1. Conſenſum ſociorum liberum, & non coactum.

2. Communicationem lucri & damni

pro ut partes ſunt expreſſæ, §. 1.

Valent igitur hę conventiones.

1. Vt ad unum ſocium duæ partes lucri, vel damni perveniant, ad alterum tertia. d. §. 1. verſ, Nec enim.

2. Vt ad unum duæ partes lucri pertineant, damni tertia, §. 2.

3. Vt alter pecuniam conferat, alter non, ſed operam, d. §. 2. verſ, Nam

4. Vt aliquis lucri partem ferat, de damno non teneatur.

3. Rem ſive pecunim, vel etiam operas d. §. 2. modo ſine honeſtæ & licitæ, l. 59. ff. hoc tit.

Societas ſolvitur modis. 5.

1. Diſſenſu ſociorum ſive voluntate omnium ſociorum recedentium à ſocietate, vel etiam unius ſocii renũtiatione, ſi reliqui nolint in ſocietate manere. §. 4.

2. Morte unius ſocii, niſi ab initio aliter ſit conventum, §. 5.

3. Finitâ negociatione, cujus gratiâ ſocietas erat contracta, §. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

4. Confiſcatione omnium bonorum unius ſocii ob maleficium, §. 7.

5. Ceſſionis bonorum beneficio ab uno ex ſociis impetrato, §. 8.

Ex contractu ſocietatis eſt actio utrinque directa, & dicitur pro ſocio, in quâ venit dolus, lata culpa, levis culpa, non leviſſima, §. fin.

Tit. XXVII.
De Mandato.

Mandatum eſt contractus de negotio gratis exequendo

Eſtque duplex, vel ad lites, vel ad alias quaſvis res.

Mandatum ad lites datur Procuratoribus litium: Procurator ſuſcipit res alienas, Mandatarius & ſuas & alienas poteſt ex mandato ſuſcipere.

Subſtantialia mandati ſunt Tria.

1. Conſenſus Mandantis, & Mandatarii, iſque expreſſus, vel tacitus.

Tacitus cum quis præſens patitur ſuũ negotium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

negotium ab alio geri, l. 58, §. fin. ff. hoc tit.

2. Res. ſed tantum licitæ & honeſtę §. 7.

3. Gratuitum eſſe, nam mercede conſtitutâ certâ, fit locatio: at promiſſa ſine certâ quantitate facit contractum in denominatum, ut facias, §. fin.

Mandatum ſex modis contrahitur, quorum quinque tantum pariunt actionem, princ.

1. Mandantis gratia, ut ſi tibi mandem, ut negotia mea geras §. 1.

2. Mandantis & mandatarii gratiâ, ut ſi tibi mandem ut pecuniam tuam ſub uſuris credas illi, qui in meam rem mutuam accipit. §. 2.

3. Aliena tantùm cauſâ, ut mando tibi ut Titii negotia geras §. 3.

4. Mandantis & alienâ, ut gere mea negotia cum Titio communia. §. 3. verſ. ſua & aliena.

5. Mandatarii & aliena, ut credas Titio ſub uſuris, §. 3. verſ. ſua & aliena.

6. Mandatarii tantum gratiâ, ut, fe
nera potius pecuniam quàm ut prædi
emas: quod magis eſt conſilium, & ide
non obligatorium, §. 6.

Mandatarius tenetur hæc duo præ
ſtare.

1. Fines mandati diligenter ſervare
Nam ſi eos excedat, non habet actio
nem mandati in quo exceſſit, §. 8.

2. Perficere mandatum ſuſceptum,
vel ita tempeſtivè domino denuntiare
ſe deſiſtere, ut alium poſſit quærere,
aliàs tenetur actione mandati §.
11.

Mandatum ritè ſuſceptum ſolvitur
tribus modis.

1. Revocatione domini mandatoris,
re integrâ factâ. §. 7.

2. Morte mandatarii, vel mandantis,
§. 10.

3. Conſummato mandato, vel ela-
pſo tempore in quod mandatũ erat da-
tum. §. 12.

TIT. XXVIII.

De obligationibus quæ ex quaſi contractu naſcuntur.

AD contractus pertinet etiam quaſi contractus.

Quaſi contractus eſt quo quis vel conſenſu præſumpto, vel ex ipſa rei geſtione, oblìgatur.

Tales quaſi contractus hic ſex enumerantur.

1. Geſtio negotiorum alterius, vel ignorantis, vel abſentis, vel furioſi, ex qua actio negotiorum directa domino contra geſtorem: contraria datur geſtori contra dominum, §. 1.

2. Geſtio tutelæ, ex quâ Tutor pupillo directè, & pupillus tutori contrarié, obligatur, §. 2

3. Commiſſum in re communi, ſi unus fructus ſolus perceperit, aut rem deterioraverit, communio hic eſt rei particularis ſine omni contractu ſocietatis, §. 3.

4. Familia herciſcunda, quæ eſt inter coheredes de hereditate communicanda, vel etiam dividenda, §. 4.

5. Aditio hereditatis, per quam heres legatariis ad præſtanda legatu, & creditoribus hereditariis ad æs alienum hereditatis, ſolvenda tenetur, §. 5.

6. Indebitum ſolutum quo obligatur accipiens indebitum, quaſi cum ſolvente contraxiſſet, ad reſtituendum; niſi lis creſcat inficiatione, ut ex lege Aquilia, ex legato pio, §. 6.

Tit. XXIX.

Per quas perſonas nobis obligatis acquiritur.

OBligationes nobis acquiruntur vel immediatè, cum nos ipſi contahimus: vel mediatè cum illi contrahunt qui ſunt in noſtra poteſtate, quales ſunt.

1. Servi noſtri, nonmodo verè noſtri ſed qui etiam putativè ſun tnoſtri prin. §. 1. 2, 3.

§. 1. 2. 3.

2. Filii noſtri, ita ut tantùm acquiratur uſusfructus ex cauſis peculii adventicii, vide ſup. lib. 2. tit. 9.

3. Vxores noſtræ, idque eſt ex jure divino, quod praxis ſequitur, Sande lib. 2. tit. 4. definit. 3. per tot.

TIT. XXX.

Quibus modis tollitur Obligatio.

OBligatio tollitur cùm perſona obligata, nexu omni liberatur, quod procedit variis modis, at hîc tantùm quatuor numerantur, quorum

1. Solutio, in ſpecie ita accepta, eſt numeratio pecuniæ, vel pręſtatio rei debitę, aliud etiam creditori volenti poteſt ſolvi, & non intereſt ſive ipſe debitor, ſive alius pro eo ſolvat, liberatque ſolutio non modo principalem, ſed & ipſos fidejuſſores, pr.

2. Acceptilatio, quæ eſt imaginaria ſolutio, cùm quis debitum non accipit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

ſed acceptum fert, id eſt, remittit nullo realiter accepto, §. 1. 2. Cum autem id quod debetur reipſâ eſt acceptum, tunc datur apocha, ſive quietantia l. 19. §. 1. ff. de Acceptilat.

3. Novatio, cùm in locum veteris obligationis nova ſubſtituitur, vel debitoris perſonâ mutatâ uti delegando alium debitorem in ſuum locum, vel ſi manente eadem perſona in obligatione fiat mutatio per adjectionem diei, conditionis, fidejuſſoris, vel per eorum detractionẽ. §. 3. At hodie conſtitutione Iuſt. nunquam fit novatio, niſi hoc ipſum à partibus exprimatur. d. §. 3.

4. Contrario conſenſu, cùm contrahentes diſcedunt ab obligatione contractâ. Quo modo tantum eæ tolluntur obligationes quæ conſenſu conſtant, ut emptio, venditio, locatio, conductio, §. fin.

Præter hos quatuor modos ſunt etiam uſitati alii, ut docetur in Digeſtis qui ſunt.

1. Com-

1. Compenſatio debiti & crediti.

2. Confuſio debiti & crediti, ſi creditor ſit heres debitoris.

3. Interitus rei debitæ.

4. Conſignatio pecuniæ debitæ.

5. Redditio Chirographi à creditore debitori facta.

LIBER IV.

TIT. I.

De Obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur.

OBligationes, quæ ex maleficio oriuntur, omnes ſunt unius generis, nam omnes naſcuntur ex re, id eſt, ex maleficio, ſive delicto commiſſo.

Delictum eſt omne commiſſum malè, ſive dolo, ſive quacunque culpâ.

Delicta ſunt privata, vel publica: privata, quorum perſecutio ad privatos, & tantùm

tantùm ad eos qui leſi ſunt & quorum intereſt, pertinet.

Publica, quaſi populica, quæ à quovis de populo poſſunt intentari, & propriè crimina vocantur, de quibus titulo ultimo hujus libri, & hodie apud omnes Chriſtianos hæc delicta, quæ hic privata dicuntur, publica vocantur, ſi dolo commiſſa ſunt, non ſi culpâ.

Privata delicta ſunt permulta, ſed omnia ad hæc quatuor poſſunt redigi, quæ ſunt Furtum, Rapina, Damnum, Injuria.

Furtum eſt contrectatio fraudulofa lucri faciendi gratiâ, vel ipſius rei, vel rei uſus, vel poſſeſſionis, quod jure naturali prohibitum eſt, §. 1.

Furtum omne eſt manifeſtum, vel non manifeſtum.

Manifeſtum furtum eſt cum fur in ipſo actu furandi deprehenditur, vel cùm re furtivâ ab aliquo inſequente, priuſquam ad locum pernoctationis pervenerit. §. 3.

Non manifeſtum quod clandeſtinè ommiſſum eſt. §. 4.

Pœna furti manifeſti eſt duplum non nanifeſti quadruplum, §. 6. qua etiam eneutur qui rem furtivam ſcienter ſuſ-ipiunt ut celent. §. 4. in fin.

Furtum uſus rei fit cum quis re com-nodatâ utitur ad alium uſum quâm ad quem res conceſſa eſt, §. 7.

Niſi credat dominum rei id permit-ere, ſi ſciret: quia tàm ſtultè credulus ffectum furandi non habet, §. 8. & ideò npubes furti non tenetur, §. 18.

Furtum poſſeſſionis rei committitur um rem pignori datam, creditori de-itor ſurript. §. 14.

Furti tenetur. 1. Qui ipſe furtum ecit. 2. Is cujus ope & conſilio fa-tum eſt furtum, veluti ſi quis nummos x tuâ manu excuſſerit, ut alius auferret, 11. At qui ſolummodo conſiliū dedit, on tenetur, d. §. 11. 3. Ille cujus ope & onſilio furtum factum eſt, §. 12.

Furti actionem habet non modo rei

furtivę

furtivę dominus; ſed etiam ille cujus intereſt rem ſublatam non eſſe. §. 13. qualis eſt ſarcinator, & bonæ fidei emptor re ſubreptâ, d. §. 15.

Actio de re ſurreptâ datur. 1. in duplum vel quadruplum, quæ eſt merè pænalis. 2. Datur rei vindicatio domino contra quemvis poſſeſſorem. 3. Condictio furtiva, quæ competit domino contra ipſum furem, vel ejus heredem, etiamſi non poſſideat, §. fin.

Tit. II.

De Vi bonorum raptorum.

FVrtum cum aliquâ violentiâ adhibitâ commiſſum, dicitur Rapina, & furtum improbius, prin.

Eſtque manifeſta, vel clandeſtina, utpote cum armatus ad furandū veniens & neminem in domo invenit, dict. princ.

Vtraque punitur pœnâ quadrupli, in quo quadruplo continetur etiam res rapta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

pta, ut pœna ſit tripli, d. princ. At ſi dominus vi rem ſuam alii èripiat, credens ſibi id licere, rei ſuæ dominium amittit. Si nõn ſit dominus & fallò id putet, reſtitutionem rei, & æſtimationem præſtare tenetur. Quod maximè locum habet in rapinâ rerum immobilium, quæ propriè vocatur Invaſio 1.

Actio datur de vi bonorum raptorum ex iiſdem cauſis, quibus datur actio furti ob rem ſurreptam, 5. inal.

TIT. III.

De Lege Aquiliâ.

DAmnum quod datur ſine aliquo jure, cum res animata vel inanimata alicujus leditur, pœnam habet ex lege Aquiliâ. princ.

Cujus legis tria ſunt capita,

Primum eſt de occiſo, ſive ſervo alterius, ſive animali quod pecudum, mi-

mero

mero eſt. Pœna eſt æſtimatio quanti ea res toto anno retrò computato plurimi fuerit, princ.

Eſt autem animal pecudum numero quod gregatim, & ſub imperio paſtoris paſcitur, ut equus, mulus, capræ, oves, porci. § 1. non canes, nec feræ beſtiæ cicuratę, ibid.

Secundũ caput videtur fuiſſe de utilitate alicujus intercepta, deſiit uſum habere propter incertitudinẽ damni §. 12.

Tertium caput eſt de ſervo alterius vulnerato, & animali occiſo quod pecudum numero non eſt: vel de aliis quibuſcunque rebus corruptis, ſive deterioratis, pœna eſt æſtimatio damni quæ fuerit plurimi intra dies proximos triginta, §. 13. 14. 15.

Tit. IV.
De Injuriis.

INjuria commiſſa eſt delictum quo aliquis contumeliâ afficitur, utpote cujus corpus, dignitas vel fama nullo

jure

ure leditur, princ.

Injuria explicatur diviſione triplici.

Prima, eſt Realis, vel Verbalis.

Realis eſt, quæ aſſumpto actu, uti verberando, pulſando, vulnerando committitur, §. 1.

Verbalis, quæ fit verbis, ſive ore prolatis, uti convitio, ſcommate; vel verbis ſcriptis, utpote libello famoſo, carmine ad infamiam facto, id eſt, paſquillo, d. §. 1.

Secunda diſtinctione, Injuria eſt Atrox; aut Levis.

Atrox quæ atrocitatem habet, quæ major eſt quam vulgaris & levis, & talis judicatur eſſe ex circumſtantiis hiſce.

1. Ex ipſo facto ſi quis ſit fuſtigatus, aut graviter vulneratus, § 9.

2. Ex qualiatte perſonarum, ut ſi plebejus ſenatorio viro, ſi quis ipſi magiſtratui, vel filius patri injuriam faciat, d. § 9.

3. Ex loco vulneris, ut ſi in facie le-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

vior litura infligatur, vel facies depal metur, ſi in oculo percutiatur, dict §. 9.

4. Ex loco civitatis in quo committitur injuria, ut ſi in theatro, in templo in foro, in conſpectu judicis fiat injuri per ſe aliàs levis, d. §. 9.

Patimur autem injuriam, non modo per noſmetipſos, ſed etiam per omne alios qui ſunt in noſtrâ poteſtate, ſive dominica, ut ſervos, patria, ut filiosfam maritali, ut uxores, §. 2. 3. 4.

Injuriarum tenetur qui fecit, vel qui fieri curavit injuriam, §. pen.

Perſecutio injuriæ eſt duplex, civilis, vel criminalis.

Civilis competit parti leſę contra ledentem, ut puniatur certæ pecuniæ æſtimatione applicandâ leſo, §. 7.

Criminalis datur magiſtratui ad pœnam aliquam, pro delicti qualitate, injurianti imponendam, §. 10.

Omnis injuria aut eſt annua, aut perpetua,

Annua, quę ultra annum à tempore commiſſę non extenditur, & merè prętoria eſt, ut fere omnes, §. 7.

Perpetua eſt quę ex jure civili oritur, triginta annos durat, & locum habet in quatuor caſibus.

1. Si quis ſit pulſatus, 2. vel verberatus 3. vel domus ejus vi introita ſit. 4. ſi injuria in ſcripturam ſit redacta, eſt communis opinio, Gayl. lib. 2. obſ. 104.

Omnis injuriæ actio extinguitur diſſimulatione, id eſt, omiſſione tacitę non revocando ad animum, vel expreſſa remiſſione, & reconciliatione, §. ult.

TIT. V.

De Obligationibus quæ ex quaſi delicto naſcuntur.

QVaſi delictum eſt cum quis leditur per imprudentiã malè judicantis, qui judex poenam patitur quod litem ſuam faciat, id eſt, omne damnum parti leſæ reſarciat, princ.

Etiam quaſi delinquit quis cum illi qui ſunt in poteſtate, vel famulitio ejus alium ledunt, quod fit modis tribus.

1. Cum ex cenaculo patriſfam. aliquid in publicum dejectnm, vel effuſum eſt, quod tranſeunti nocuit, pœna eſt duplum damni dati, §. 1.

2. Qui aliquid ex domo ſua ſuperiore habet ſuſpenſum ſupra plateam publicam, quod nocere poſſet ſi caderet, etiam antequam cadit pœnâ punitur decem aureorum. d. §. 1. verſ. Cui ſimilis.

3. Hoſpes, & nauta ſi furtum aut damnum ſit factum à ſuis famuſis, tenentur ad duplum damni, §. fin.

TIT. VI.
De Actionibus.

ACtio cum pro tertio juris objecto ſumitur ſignificat generaliter totum actum judiciarium & proceſſum, at hic ſpecialiter accipitur, & definitur

jus per-

jus perſequendi in judicio quod nobis debetur, princ.

Actionum genera ſunt tria, aut ſunt Reales, aut Perſonales, aut Mixtæ.

Reales ſunt quibus res noſtras petimus, & vocantur Vindicationes nomine generali, retinent generis nomen cum res corporales petuntur. At ſi res incorporales, ſive jura vindicantur, aſſumunt nomina ſpecialia, utpote vindicatio ſervitutis ſibi debitę dicitur confeſſoria, vindicatio libertatis à ſervitute aliquâ vocatur Negatoria, vindicatio hypothecæ à tertio occupatæ, dicitur hypothecaria, ſive quaſi Serviana, §. 7.

Perſonales actiones ſemper dantur in perſonam: ſuntque ex contractu vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, §. 1. vocantur etiam condictiones ab antiquatâ voce condicendi, §. 14. 15.

Mixtæ ſunt quæ & in rem, & in perſonam, & miſtam cauſam videntur habere, tales ſunt tres, familiæ herciſcun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

dæ, communi dividundo, finium regundorum.

Ad intellectum actionum opus eſt tenere ſex earum diſtinctiones ſive proprietates.

Prima eſt, quâ omnes actiones ſunt civiles, quæ ex legibus civilibus deſcendunt. eęque ſunt perpetuę ut omnes rei vindicationes §. 3.

Vel prætoriæ, quas prætor ex ſua juriſdictione comparatas habet, & ferè ſunt annuæ, ſunt tàm in rem quàm in perſonam, d. §. 3.

Prætoriæ in rem ſunt 4.

1. Publiciana, quâ is, qui rem cepit uſucapere, perinde vindicat, ac ſi jam uſucepiſſet. §. 4.

2. Reſciſſoria, quà uſucapio reſcinditur, & res uſucapta vindicatur, §. 5.

3. Revocatoria, quâ creditores bona debitoris arreſtata per judicem, & à debitore in fraudem creditorum alienata, vindicant quaſi non alienata. §. 6.

4. Ser-

4. Serviana & quaſi Serviana, hæc etiam hypothecaria dicitur. Serviana datur domino fundi ad res coloni pro mercede obligatas, §. 7. Quaſi Servianâ ceteri creditores pignora ſive hypothecas perſequuntur, d. §. 7.

Prætoriæ in perſonam ſunt vel ex contractu, vel ex delicto. Ex contractu ſunt. 3.

1. De conſtitutâ pecuniâ, quâ tenetur qui pro ſe, vel alio ſoluturum ſine ſtipulatione conſtituit. §. 8.

2. De peculio, quâ quis adverſus patrem agit ad peculium filii, vel dominum ad peculium ſervi, §. 9. in factum actio ex jurejurando, in eum qui deferente adverſario juravit ſibi deberi. §. 10.

Ex delicto ſunt innumerabiles, at hic recenſentur tantum, 3.

1. De albo Prætoris corrupto, §. 11.

2. Actio in factum adverſus eum qui patentem ſive venia in jus vocavit, d. §.

3. Si quis in jus vocatum vi exemit, aut eximi curavit, d. §.

Secunda diſtinctione docetur quid petendum ſingulis actionibus.

Aliæ ſunt ad ipſam rem tantummodo, tales ſũt omnes Vindicariones, §. 17.

Aliæ ad ſolam pœnam, ut ex maleficiis ferè omnes, §. 18.

Aliæ ad pœnam & ad rem ſimul, ut actio vi bonorum raptorum, actio ex depoſito miſerabili, ſive neceſſitato, §. 17. in fine.

Aquilia contra inficiantem, & debitorem legati pii negantem vel moras nectentem, d. §.

Tertia diſtinctione quantum ſingulis actionibus ſit petendum, ſunt enim aut in ſimplum. §. 2. aut in duplum, §. 23. aut in triplum, §. 24. aut in quadruplum, §. 25.

Quarta diſtinctione actiones ſunt bonæ fidei, vel ſtricti juris, vel arbitrariæ.

In bonæ fidei actionibus judex habet liberam

liberam poteſtatem ex bono & æquo æſtimandi quantum actori reſtitui oporteat, §. 28. 30.

In ſtricti juris actionibus judex eſt formulæ adſtrictus, quam excedere non poteſt. d. §. 30.

In arbitrariis, quæ pendent ex judicis arbitrio, quia pemittitur judici ex bono & æquo ſecundum cujusque rei de qua agitur, naturam æſtimare quemadmodum actori ſatisfieri oporteat §. 31.

Quinta diſtinctio eſt, ne Actor plus petat quam ſibi debetur aliàs totam cauſam amittebat & formula cadebat, quod poſtea mitigatum, §. 33.

Plus autem petitur quatuor modis.

2. Re, ſi is qui decem debet habere 20. petat, vel totam rem, cui pro parte debita eſt.

2. Tempore, ſi quis ante diem vel ante conditionem petat.

3. Loco, cum id quod in certo loco

promiſſum eſt, petat ſimpliciter ſine commemoratione illius loci.

4. Cauſâ, cum ex alternativâ, aut generali ſtipulatione unum petit, ereptâ debetori electione, utrum ſolvere velit, d. §. 33.

Minus quam debitum eſt, vel aliud petitur ſine cauſæ periculo, §, 34. & 35.

Septima diſtincto eſt quod aliæ actiones conſequantur totum, & ſolidum, aliæ minus quam debitum eſt, puod accidit in quinque caſibus.

1. Si ex contractu filii fam. agat creditor contra patrem, non poteſt plus conſequi quam eſt in peculio, etiam ſi multò plus debeat Filiusfamilius, §. 36.

2. Maritus de dote uxoris reddendâ conventus, condemnatur quatenus facere poteſt, §. 37.

3. Qui adverſus parentem, patronum, ſocium, donatarium agit, non plus conſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

conſequitur quam rei facere poſſunt, §. 38

4. Si quis eum conveniat cui quid vicissim debet, compenſatione Rei oppoſita, non totum accipit, §. 39.

5. Qui bona ſua creditoribus ceſſit, & ad lautiorem fortunam reveniens de novo conveniatur, non condemnatur in plus quàm facere poteſt, §. fin.

TIT. VII.

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur.

CVm jurè civili non poſſit aliquis ex contractu alterius conveniri. l. 11. ff. de A. & Obl. & tamen quidã ex contractibus eorum, quos in poteſtate habent lucrum caperent: propter æquitatem Prætor introduxit ex contractibus filiorum vel ſervorum adverſus patres & dominos actiones ſex.

1. Quod juſſu, quâ tenetur pater cujus filius, & dominus cujus ſervus cum aliquo

aliquo contraxit princ. verſu. Et quia §. 1. §. 6.

2. Excercitoria, eſt actio in ſolidum, competens in exercitorem ex contractu magiſtri, §. 2.

Exercitor eſt ad quem cottidianus quæſtus navis pertinet, Magiſter qui navi eſt præpoſitus, d. §. 2.

3. Inſtitoria, quâ tenetur in ſolidum dominus tabernę ex contractu ſui inſtitoris ſive factoris, d. §. 2.

Inſtitores ſunt qui negotiationibus præponuntur, d. §. 2.

4 Tributoria datur contra dominum ſervi mercimonia peculiaria exercentis, & debitis gravati, malè diſtribuentem inter ſe & creditores ſervi merces peculiares §. 3.

5. Ex peculio datur actio adverſus eos, qui habent contrahentes in poteſtate, uſque ad peculii vires, §. 4.

6. De in rem verſo tenetur pater & dominus cujus filiis vel ſervus mutuum acceperit, & in rem patris vel domini

verterit, d. §. 4.

Etſi omne mutuum ſervi dominum ſuum obliget, non tamen omne mutuum filiifam. patrem obligat, imò nec ipſum filium propter SC. Macedonianum, prohibens mutuas pecunias dari filiisfam. §. fin.

TIT. VIII.
De Noxalibus Actionibus.

NOxalis actio eſt quæ datur ob noxam, id eſt, maleficium ſervi, adverſus ſervi dominum, ut damnum datum reſarciat, aut ipſum ſervum dedat noxæ, id eſt, relinquat damnum paſſo. princ.

Itaque quamvis damnum longè majus ſit quàm valor ſervi, tamen dominus deditione ſervi, poteſt fungi, nec ultra conveniri poteſt, §. 2.

Noxalis actio competit ſemper adverſus poſſidentem, licet ſervus in alterius dominio exiſtens damnum dediſſet, quia Noxa caput ſequitur. §. 5.

TIT. IX.

Si quadruples pauperiem feciſſe dicatur.

ACtio etiam eſt noxalis adverſus dominum, cujus animal brutum nocuit, & liberatur dominus noxæ deditione.

Damnum ab animali bruto datum vocatur hîc pauperies. §. 2.

Illa fit ab animali, ſi mordeat aut calcitret, aut cornu ledat, §. 1. nam ſi ſecundum naturam damnum det, utpote fruges, gramina depaſcendo, tunc datur actio de paſtus pecoris. Leg. 14. §. 1. ff. de Præſcriptis verbis.

Cum hac noxali concurrit aliquando actio Ædilicia, ſaltim utilis contra eum qui verrem, aprum, leonem, aut animal ferum habuerit; & punitur arbitrariè ſi homini libero ſit nocitum, ſi ceteris rebus duplione damni dati, §. final.

TIT.

TIT. X.

Per quos agere poſſumus.

NOs ipſi poſſumus litem perſequi coram judice, aut per alios, qui nobis procuratores ad lites vocantur, quorum uſus hodie frequentior & commodiſſimus. pr.

Procuratores conſtituuntur ſine ullâ ſolemnitate, nudis modo verbis inter præſentes, & per epiſtulam inter abſentes. §. 1.

TIT. XI.

De Satiſdationibus.

SAtiſdatio eſt cautio litigantium dato fidejuſſore, de litis expenſis victori refundendis, & de reconventione, quæ hodie ferè tantùm uſitatæ, ceteræ de judicatum ſolvendo, de ratam rem habendo, de manendo in lite uſque ad finem litis, infrequentes & vix uſitatæ.

TIT. XII.

De Perpetuis & temporalibus actionibus.

CIviles actiones ſunt perpetuæ, id eſt, durant ad XXX. Quędam ad XL. annos, pr.

Prætoriæ quędam ſunt annuæ, ut actio vi bonorum raptorum, partim perpetuę quæ bonorum poſſeſſoribus & fideicommiſſariis heredibus univerſalibus accommodantur, item furti manifeſti. pr.

Heredibus non dantur actiones pœnales, ſive quæ ad vindictam, ut actio injuriarum vel alia ſimilis, §. 1.

In heredes dantur ſemper actiones ex contractu, niſi ſint pœnales, ut ex depoſito miſerabili, nam pœnales non tranſeunt, niſi cum vivis fuerint conteſtatæ. §. 1.

TIT. XIII.

De Exceptionibus.

ACtio eliditur exceptione à Reo oppoſitâ, pr.

Exce-

Exceptiones ſunt perpetuæ, ſeu peremtoriæ, & temporales, ſeu dilatoriæ.

Perpetuę, quæ ſemper agentibus obſtant, & ſemper rẽ, de qua agitur, perimunt, ut exceptio doli mali, quod metus causâ, pacti de non petendo, rei judicatæ, jurisjurandi SCti Velliani, §. 9.

Temporales, ſeu dilatoriæ, quæ ad tempus actori nocent, & tantummodo temporis dilationem tribuunt, tales ſunt pacti, ne intra certum tempus petatur, declinatoria fori, recuſatio judidicis ſuſpecti, §. 10.

TIT. XIV.

De Replicationibus.

REplicatio eſt exceptionis excluſio competens Actori ad fundandam ſuam intentionem, quæ rurſus eliditur Duplicatione; hanc iterum elidit Triplicatio, hæc Quadruplicatione, & ita porrò hoc nomen jure civili multipli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

catur, princ. §. 1. 2. 3.

Exceptiones, quę perſonæ coheren
& ob privilegium perſonæ competun
non proſunt fidejuſſori, utpote qu:
pupillo datur, & bonis cedenti. Qu:
verò rei ſive cauſæ dantur, ut pacti d
non petendo, dantur etiam fidejuſſor:
bus, §. fin.

TIT. XV.
De Interdictis.

INterdicta dicuntur quaſi inter duos
id eſt, actorem & reum dicta, ab ipſ
prætore ſine judice pedaneo dato, §. 1.

Interdictis prætor jubebat aut pro
hibebat aliquid fieri, cum de poſſeſſion
vel quaſi poſſeſſione contendebatur
princ.

Hodie interdicta non aliud ſunt, quan
actiones poſſeſſoriæ.

Ad poſſeſſionem, quam nunquan
habuimus, nec nunc habemus, agimu
Ieterdicto Adipiſcendæ, & ſunt duo.

1, Quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

1. Quorum bonorum datùr bonorum Poſſeſſori, ut ei reſtituatur poſſeſſio eorum, quæ quis pro herede, aut pro poſſeſſore poſſidet. §. 3.

2. Salvianum datur domino fundi ad res coloni pro penſione expreſſè pigneratas, §. 3.

Ad poſſeſſionem, quam habemus, & in qua turbamur, competit interdictum retinendæ, ſuntque duo, uti poſſideris, & utrubi, illud immobilium, hoc mobilium, §. 4.

Ad poſſeſſionem, quam habuimus & amiſimus, agitur interdicto recuperandæ, & dicitur unde vi, § 6.

Interdictorum commoda potiſſima ſunt duo.

1. Quod poſſeſſio facilius probetur, ab actore, quam rei dominium, §, 4. & l. 24. ff. de R. V.

2. Quod à ſententiâ poſſeſſionis non detur appellatio, Cod. ſi de moment. poſſeſſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

TIT. XVI.

De Pœnâ temerè litigantium.

TEmerè litem intentantes, aut ſuſt nentes, abſterrentur triplici pœn:

1. Metu ultionis divinę, qui metu incutitur per præſtationem jurisjuranc de Calùmniâ, quâ jurat ſe bona fide li tigare, quod bonam cauſam ſe tueri pu ter, §. 1, Præſtatur ab Actore, Reo, & Advocatis utriuſque.

2. Metu infamiæ, quâ afficitur, qu patitur ſe condemnari in quibusdã de lictis, cum poſſit ante ſententiam deſi ſtere, ut in furto, vi rapto, injuriis, & et iam in his contractibus, depoſiti, man dati, tutelę, directis, non contrariis, a ctionibus, §. 2.

3. Damno pecuniario, quo puniuntur Actor, Reus, vel uterqne.

1. Actor, ſi ſine judicis veniâ ante impetratâ in jus vocet aliquem ex parentibus, aut talem perſonam, quam reverenter habere debet, uti patronum

& ſimiles,

& ſimiles, incidit in pœnam 50. aureorum, §. fin. ſc.

2. Reus, ſi damnum à ſe datum, vel legatum venerabili loco, malá fide inficiatur, vel tamdiu ſolvere differat donec in jus vocatus ſit, punitur duplione. §. 26. ſupra de actioni.

3. Vterque, Actor, ſive Reus ſuccumbens condemnatur victori in omnes litis impenſas, §. 1.

TIT. XVIII.

De Officio Judicis.

IVdicis officium eſt generale & ſpeciale.

Generale, ut lites terminet ex jure ſcripto vel ſecundum mores regionis. princ.

Speciale, quod in ſingulis actionibus exercendum, in quibus diligenter obſervare debet naturam, & proprietatem actionis inſtitutæ, utpote in vindicatione rei ſingularis obſervet Tria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

1. Si contra petitorem judicandun ſit, reum abſolvat.

2. Si Reus condemnandus ſit, jubea rem reſtituere cum fructibus.

3. Si Reus non moræ cauſâ tempu petat, quô rem reſtituat, certum tem pus, acceptis fidejuſſoribus, cõcedat, §. 2

In fructibus adjudicandis obſervet tria.

1. Vt malæ fidei poſſeſſorem condemnet in omnes fructus, ſive eos perceperit, ſive neglexerit.

2. Bonæ fidei poſſeſſor, neque conſumptos, neque neglectos reſtituere cogitur.

3. Poſt litem conteſtatam, quia tunc omnes poſſeſſores ſunt malæ fidei, reſtituere coguntur omnes fructus §. 2.

In judicio ad exhibendum obſervet ut reum condemnet, non modo in rem reſtituendam, ſed etiam in omnem cauſam rei, & in fructus, §. 3.

In familiâ herciſcunda ſingulas res ſingulis adjudicet, ſi pars alicujus prægravet.

gravet, hunc in certam pecuniam coheredibus condemnet, ut ſit æqualitas, & cum alter ſolus fructus perceperit, eum coget reſtituere quod ſuam portionem excedit, §. 4.

Iu communi dividundo, ſi res ln partes commodè dividi non poſſit, totam uui adjudicet, & eum alteri in partem æſtimationis condemnet, §. 5.

In finibus regundis. ſi commodius & rectius dirigendo fines, aliquid confini adimatur, tum iſle, cui id adjudicatur, pecuniam certam confini pendat, contumaciam quoque eorum qui agros menſurari non patiuntur, vel lapides finales vel arbores finales furati ſunt, puniat, §. 6.

Quod alterutri ex ſupradictis judiciis adjudicatum eſt, id ſtatim jure civili ejus fit, & hìc eſt modus acquiſitionis civilis qui ADIUDICATIO dicitur, §. fin.

TIT. XVIII.

De Publicis Judiciis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

PVblica judicia ſunt in quibus tractantur delicta publica, quæ propriè crimina vocantur.

Differentię judiciorum privatorum & publicorum conſiſtunt in his tribus, In ordinatione, in inſtitutione, in exercitione.

1. In ordinatione, privata per actiones ordinantur.

Publica per accuſationes, denuntiationes. inquiſitiones.

2. In inſtitutione.

Privata apud prætorem, & judices pedaneos inſtituuntur.

Publica apùd quæſitores capitales.

3. In exercitio.

Privata per libellum concluſionis, & alia inſtrumenta exercentur.

Publica per inſcriptiones libelli accuſatoris, per vincula & per torturas.

Publica dicta ſunt quaſi populica, quod cuivis de populo liceat ea perſequi, niſi ſit lege expreſſa prohibitus, §. 1.

Suntque Capitalia, quæ pœnam imponunt

ponunt capitis, ſive civilis ſive naturalis. §. 2.

Non capitalia, quę infamiam vel corporis afflictionem, ut fuſtigationem, vel etiam mulctam pecuniarum infligunt, d. §. 2.

Publica delicta ſunt plurima, & ferè innumera, ſed hoc titulo enumerantur maximè frequentia, & ſunt XIII.

1. Crimen leſæ majeſtatis, cujus ſpecies eſt crimeu perduellionis, cum quis contra Imperatorem, vel rempub. aliquid machinatur, vel proditione, vel ab hoſtibus ſtando, pœna eſt gladii, & damnationis memorię poſt mortē, §. 3.

2. Adulterium eſt concubitus cum uxore alterius, pœna eſt capitis: ſtuprum cum ſolutâ virgine, vel viduâ honeſtè vivente, pœnam habet confiſcationem dimidiæ partis bonorum ſtupratoris, ſi honeſtior ſit, ſi vilis fuſtigatio, & relegatio, §. 4.

3. Vis publica, quæ cum armis fit. Vis privata, quæ ſine armis, publicæ pœ-

na eſt deportatio, privatæ, confiſcatio trientis bonorum, §. 8.

4. Raptus eſt coitus violentus cum honeſtâ virgine, vidua, ſanctimoniali, pœna eſt capitis, d. §. 8.

5. Ambitus eſt ſuffragiorum datâ pecuniâ redemptio, pœna eſt arbitraria, §. fin.

6. Peculatus punit eos, qui publicam pecuniam, aut ſacram, aut religioſam furati ſunt, pœnâ deportationis, §. 9,

7, Iudices, qui tempore adminiſtrationis pecuniam ſubtraxerint, capite puniuntur, d. §. 9.

8. Repetundarum tenentur, qui in officio ſuo aliquid acceperunt, quo magis, aut quo minus officium facerent, §. fin. leg. h. t. 1. 2. 3. pœna eſt quadrupli vel etiam extra ordinem, d. tit. l. 7.

9. Annona flagellata eſt nobis monopolium, cùm quis aliquid facit, ut annona carius vendatur, pœna ordinaria eſt 20. aureorum, ff. l. 2. de Annona.

10 Reſiduarum tenetur, qui pecuniam in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]

niam in aliquem reipub. uſum ſibi retinet, punitur tertia parte amplius, quam accepit, l.4.§.qua leg. ff. ad l. jul. peculatis. Hæc decẽ crimina lex Iullia perſequitur.

Lex Cornelia punit hæc crimina.

11. Homicidium doloſum, & aſſaſſinium .i. homicidiũ mercede conductum: & veneficium, capite puniuntur, §.5.

12. Falſum, cum quid in teſtamento vel alio inſtrumento falſi eſt commiſſum. pœna arbitraria pro delicti qualitate, §.7.

Lex Pompeija punit.

13. Parricidii infandum crimen, cum quis parentem, filium, vel aliam perſonam, quę parricidii nomine continetur, interfecerit, capite punitur hodie, aliquo tamen ſigno addito, ut manus amputatione. vel tractione per crates ad

locum

locum ſupplicii ut puteat eum gravius, quàm ſimplex homicidium, commiſiſſe, §. 6.

14. Plagium furtum hominis liberi, capite, ſervi ſuppreſſi minori pœnâ punit lex Favia, §. 10.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 M 15 [1]